AD SERENISS.
FELICISSIMV'MQVE
CAROLVM EMAN.
Sabaudię Ducem, Pedemontium Principem, &c.

DE AVSPICATISSIMO CVM CATHARINA AVSTRIACA Maximi PHILIPPI *Hiſpaniarum Regis filia Coniugio:*

Philippi Mariæ Rofredi Iurecons. Claraſcenſis,

Et in florentiſsima Taurini Academia Lectoris extraordinarij matutini gratulatoria oratio.

In qua præter Hiſpaniarum, & Sabaudiæ domus antiquitatem, & nobilitatem, ſponſorumq; laudes, vniuerſum etiam nuptiarum proceſſum fideliter recitatum cupidus Lector non leui cum iucunditate deprehendet.



AVGVSTÆ TAVRINORVM,
Apud hæredem Nicolai Beuilaquæ,
M D LXXXV.

ILLVSTRISSIMO
CAROLO
PALLAVICINO EX CÆVÆ Marchionibus, ſupremi Sereniſsimi Sabaudiæ Ducis equeſtris ordinis equiti ſtrenuiſsimo,

ET CATHARINÆ INFANTIS MAGNO SCVTIFERO

PHILIPPVS MARIA ROFREDVS
Iureconſultus à Claraſco felicitatem.

MVLTIS *antea annis (Jlluſtriſſime Carole) dum legum diſcendarum cauſa florentiſſimam hāc Taurinorum Auguſtam primùm adijſſem memini me paternorum in te ſtudiorum memorem tales excitaſſe in te animi affectus, vt nil mihi antiquius, nilq; charius accidere poſſe videretur, quàm ſingularem illam animi mei propenſionem tibi quoquomodo explicare: Cùm verò decennio iam continuo elapſò ob præſtantes animi tui, & corporis dotes Sabaudorum Principum noſtrorum nomine apud* PHILIPPVM *Hiſpaniarum Regem maxima integritate, ſplendore, & laude,*

ac ſumma etiam Ducum ipſorum alacritate ampliſſimum legationis munus feliciter ſuſtinueris; Quo tandem ſublimem hanc, quam tanto honore geris & equeſtris ſupremi ordinis, & magni Sereniſſimæ INFANTIS *Scutiferi dignitatem, non quaſi optatam, ſed verè debitam perſolui tibi promeruiſti; tantoq; obid tempore à nobis ab fueris indies magis, atque magis excreſcentes hoſce animi mei affectus cùm augeri ſentirem, id certè nõdum aliqua nacta facultate tibi nulla poſſe ratione indicare valdè dolebam. Accidit autem, cùm tandiu optata, & ſatis opportuna voluntati meæ nunc reſponderit occaſio, vt in publica hac totius patriæ lætitia, ac Sereniſſimorũ Principum noſtrorum felicitate decreuerim ingenium quandoque meum, quod à rubigine iam conſumebatur, ac in exiguis his Rhetoricæ, & eloquentiæ inſtitutis, quæ paucula in prioribus ſtudijs deguſtaui iamiam deliteſcebat excitare, celeriq; calamo ſingula geſta, rerumq; tantarũ euentus litteris tradere. Quare ne tantæ lætitiæ, qua hac tempeſtate perfruimur omnes, maximarumq; nuptiarum celebritatem, & tot bonorum memoriam omnium gentium litteris prædicandam interire contingeret, verùm fida relatione in omnem poſteritatem præteritarum rerum auidam transferretur panegyricum hunc, ſeu gratulatoriam orationem Hiſpaniarum, & Sabaudiæ nobilitatem, ac vniuerſum nuptiarum proceſſum continentem ad Principem edere tandem ſtatui, quam tuæ defenſionis clipeo muniendam curaui, quo & aduerſus obtrectatorum morſus*

tutiſſi-

tutiſſimum propugnaculum haberet, & mea ergà te obſeruantiæ teſtimonium qualequale perhiberet. Non leuem enim authoritatem, fidemq; orationi meæ acceſſuram præuidebam, ſi à te vno, qui ſingulis, quæ in Hiſpania, & tota patria celebrata fuerunt preſens fuiſti, atque tuo grauiſſimo iudicio, ſcripta mea comprobarentur. Multa tamen occurrebant, ea quæ non leuia, quibus quandoque remoratus prouinciam tantam aggredi, in apricumq; tenues hoſce labores meos candida verborum maieſtate, vt deceret minime refulgentes proferre non audebam. Animaduertens primùm cùm de re tam graui eſſet dicendum, cùmq; exquiſitam quandam, & planè ſingularem curationem rei magnitudo poſtularet veterũ, & neotericorum ſcriptorum volumina fuiſſe euoluenda, neque ex recentibus hominum linguis, ſed ex annalium vetuſtate eruendam eſſe tantæ nobilitatis memoriam, magnoq; tum ingenio, cum etiam dicendi ornatu, & rerum multarum cognitione ad rem tantam perficiendam opus fuiſſe, quæ omnia me vnum aſſequi non poſſe diſidebam tum propter ingenij mei tenuitatem, & nullam in huiuſcemodi prouincia exercitationem, cùm etiam breue otium, quo vix ab aſſiduo legum ſtudio aliò vagari, & extranea ſcripta euoluere dabatur facultas, ſed tantum Bartolos, Baldos, & Alexandros, huiuſque farinę authores manibus quotidie verſare, & humanitatis, ac eloquentiæ ſtudia non ex profeſſo, ſed obiter rariſſimè, & aliud agens interuiſere tantum licebat, adeò vt rei ipſius excolendæ condignum otium

non

non viderem; Tantum hæc tamen omnia non valuerunt, vt properantem animum meum ab inſtituto celeri curſu reuocare potuerint. Alios exaudire videbar, qui mea mihi fortaſſe detrahentes multa me omiſiſſe, aliqua perperam adieciſſe, pleraque peruertiſſe, & nimia forte mutuatum eſſe dicerent; ſed vt ornatiſſimus ille noſtrorum temporum orator eximius ſcriptum reliquit in tam vbere, ac copioſa materia neceſſe eſt vnicuiq; legentium multa in mentem venire, quæ commodè dici queant; neque fieri poteſt, vt quidquid omnes cogitant dicat vnus, & ea eſt hominum natura, vt cùm quis quod ipſe ſcripſiſſet id ab eo qui ſcribit omiſſum videt, non hoc quoque ſcribi potuiſſe, ſed id potiſſimum ſcribi debuiſſe contendat. Fateor etiam me à Cicerone eloquentiæ Duce, cuius lepida, lacteaq; verba quoad poſſum ſugere, cuiuſque veſtigia perpetuò calcare, ſequiq; nitor, & alijs nonnullis priſcis, & recentioribus claſſicis ſcriptoribus quod quiſque commodiſſimè ad rem noſtram adducere videbatur excerpſiſſe, & ex varijs ingenijs præclara quæq; libaſſe. Id tamen mihi vitio vertendum non puto, cùm pauca præſertim (vt in prouerbio eſt) vix dici poſſint quæ dicta, vel olfacta prius non fuerint. Hoc verò vnum tantos labores, tantaq; hominum cogitata lenire videtur, quod me nonnulla dixiſſe deprehendent, quorum authorem me ipſi fateri, ac forte etiam laudare cogentur; Sed cùm inuentis addere, aliorumq; ſcriptis detrahere facillimùm eſſe nouum non ſit, & ſi delicatum alicuius legentis animum

mum

mum aliqua forte in parte ledi contigerit, cùm non vni hominum Dij omnia dederint, veniam ab omnibus, qui recte, & candidè iudicabunt me haud grauatim in re hac impetraturum confido. Illud aũt vnum dolendũ videtur, quòd cùm aliqua præpoſtera, nec vltima primis bene reſpondere viderentur, rem penè totam iampridem ante ſtudiorum præteritorum initia cæptam octo menſibus integris inde intermiſſam, ac poſtea iam Duce in patrium ſolum reuerſo reſſumptam, hoc breui celeri tẽpore peruertere oportuerit, factum heu ſit, vt oratio noſtra optata, & perfecta, qua nitebamur elimatione non mediocriter, vt ingenuè, palamq́; teſtamur caruerit; eo præſertim quod longiorem cunctationem propter proxima ſtudiorum initia ſuſtinere amplius nequiremus; Aſſiduæ tamen lectionis oneri, nonnullisq́; forenſibus negotijs, & multis domeſticis, quibus premimur curis, quæ ſepe etiam pręclare iacta virtutis fundamenta euertere ſolent, quæque mihi debitum otium eripuerunt aliquid condonandum videtur. Quare his omnibus tantis rebus maturo conſilio agitatis, demumq́; reiectis feliciſſimi Ducis humanitate, tuoq́; præſidio confiſus (Illuſtriſſime Pallauicine) paucula hæc qualia quæque ſint ſibi, tibiq́; non ingrata fore ratus, etſi ob aduerſam Principis valetudinem, maximasq́; eius rerum occupationes tardè nimis quam par erat, me iam ante tamen parato, tantamque temporis iacturam, & tarditatem mecum deplorante emiſſa; ne quoque perirent non leues hæ laborum meorum vigiliæ, quod tibi pluribus an-

tea

tea annis vero patrono, alteriq; ſtudioſorum Mæcenati debebam nunc ſupplici affectu, & integra fide perſoluo. Interim Deum precabor, vt tenues ingenij mei vires eleuare, atq; promouere dignetur, meq; quietius philoſophari permittat, quo indies tuo nomine, & Principis maieſtate digniora afferre, & promere poſſim. Vale igitur, flore, creſce; meq; tuæ benignitatis ſplendore complectere; complexumq; vt conſuetæ tuæ humanitatis iura ferunt, atque depoſcunt foue, tege, ac tuere; Cui Neſtoreos annos, & Quinti Metelli felicitatem elargiatur Deus. Taurini Kalend. Octobris. MDLXXXV.

AD SERENISS.VM

POTENTISSIMVMQ.

CAROLVM EMANVELEM Sabaudiæ Ducem, Pedemontium Principem, &c.

De auſpicatiſſimo cum CATHARINA Auſtriaca Philippi Maximi Hiſpaniarum Regis filia coniugio.

PHILIPPI MARIAE ROFREDI Iureconſulti Claraſcenſis.

Et in Florentiſſima Taurini Academia Lectoris extraordinarij matutini gratulatoria Oratio.

SOLENT qui ad pręclaras res aliquas, memoratuq; dignas decantandas accedunt (Sereniſſime Potentiſſime Feliciſſime Princeps) alij peregrinam Ciceronis eloquentiam, alij vehementem Demoſthenis in dicendo facundiam, nonnulli Periclis curioſitatem, alij verò Mithridatis memoriam, quo ea de quibus verba facturi ſunt perfectè explicare poſſint deſiderare. Quæ quidem omnia ſi vlli vnquam de quauis egregia re dicere parato appetenda fuerunt mihi cer-

tè hoc tempore rerum humanarum experti, in dicendoq; parum verſato de re tam graui, atque ſublimi dicturo præceteris magis, magisq; exoptanda videntur; Difficillimo enim, arduo, ampliſſimoq; certamini accingor, cum mihi de antiquiſſima, nobiliſſimaq; Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum, & Hiſpaniarum Regum familia, eiusq; laudibus, ac de communi populorum omnium, inauditaq; lætitia ex his tandiu ab omnibus exoptatis nuptijs, & matrimonij nexibus, qua vniuerſi perfruuntur accepta, deque vtriuſque Coniugis dignitate dicendum ſit; Qua in re quid mihi agendum ſit, quo me vertam, vnde in tanta re exordium ſumam vix verè ſcio. Video quippe in tam vaſto, amploq; pelago mihi eſſe nauigandum, vt illud ingreſſus demergi potius quã feliciter enatare poſſe dubitem. Offert ſe primum ſplendidiſſima Hiſpaniarum, Sabaudiæq; domus proſapia; offerunt ſeſe ſtrenuiſſimorum virorum, Inuictiſſimorum Procerum egregia, præclaraq; facinora toto terrarum orbi notiſſima; offerunt ſeſe Principum noſtrorum, feliciſſimorumq; Coniugum laudes, vniuerſi Hiſpaniarum Regni, Sabaudæ ditionis inauditi triumphi, Italiæ totius, ac Chriſtanæ Reip. applauſus, omnium denique gentium, & præcipuè noſtratium incredibilis lætitia, animi exultatio, inexplebile gaudium, hilaritas magna, inſatiabilis demum totius patriæ noſtræ iucunditas, qua mirum in modum debacchantur, perfruunturq; omnes, de quibus ſingulis annuente Deo eſt mihi hoc tempore dicendum

cendum. Quibus omnibus mente agitatis quo pacto talem prouinciam humeris meis longe imparem ſuſtinere, digneq; perſoluere poſſim, qua ratione tam graue munus obire valeam penitus ignoro. Difficultatem magis augere videntur tot Procerum, tot Illuſtriſſimorum, lectiſſimorumq; virorum frequentia, tot ora, totq; oculi in me vnum conuerſi, tanta Principum maieſtas, rei amplitudo, negotij grauitas, dicendiq; conditio; quibus omnibus perterritus tantam prouinciam aggredi, ampliſsimũq; hoc munus ſuſcipere non audebam: Cernens præterea hoc tempore in tam magna omnium lætitia, in qua ſcriptorum omnium ſtudia niti ſolent, multos ſingulari ingenio præſtantes, dicendi facundia præditos, & omnium ſcientiarum genere erudititiſſimos adeſſe viros, quorum oratione, & carmine, tam alta, ſuperbaq; geſta doctè, & eruditè explicarentur; ac nil demum hoc tempore niſi ingenio perfectum, elaboratum induſtria, & omni doctrinæ genere elimatum afferri oportere: His tamen omnibus, & alijs multis difficultatibus, quæ ſeſe offerebant exploſis, & alacri animo ſuperatis; cum tantam lætitiam, ſummamq; hilaritatem hoc tempore mente cõceptam, ac omnium ore arridentem continere nequirem, licet hęc qualia quęq; ſint nec rei dignitati, nec aliquorum expectationi, meoq; propenſo, & prono in Principes noſtros animo forte reſpondere non poſſe dubitarem, hæc tamen exigua obſeruantiæ, & ſtudiorum meorum teſtimonia non iniucunda diutinæ

veſtræ, quam optamus ſocietati fore confidens de tanta omnium lætitia, expectatoq; & à ſuperis promiſſo grauiſſimo veſtro coniugio dicere tandem decreui. Student autem qui de ſummis huiuſcemodi rebus dicere cupiunt audientium animos beneuolos attentosq; precari; ego verò cum de re, quę comendatione non eget, ſed ſeipſam ſummopere laudat, atque comendat dicturus ſim omniũ mentes promptas, pronasq; fore, ac orationis meæ tenuitatem Principum clementia ſubleuãdam fore ratus erecto paululum animo operi paulatim accingar. Quare ſi quo forte timore perterritus, qui plerunque dicere incipientes obmuteſcere ac in medio (vt aiunt) curſu deficere facit, quique Demoſthenem coram Philippo Macedonum Rege orantem eloquentia deſtituit, ac Ciceroni pro Millone cauſam dicenti defuit, memoriæq; lapſu, aut ingenij imbecillitate aliquid tãtæ rei maieſtate forte indignũ attulero rei familiaris, ac liberorũ cura, aſſiduæ lectionis onus, ac cæteræ q̃bus plerũque præmimur prematuræ anguſtiæ, tẽporumq; calamitates hactenus mihi, iuſtiſſimisq; conatibus meis nondũ fauentes à te, humanitateq; tua (Inclyte Princeps) veniam humillime deprecantur. Dicturus igitur breuiter ſum de feliciſſimis matrimonij veſtri hymenęis dignitatis, grauitatis, & glorię plenis, eximijsq; veſtrjs laudibus, atque ac communi omnium lætitia; Ac primum de antiquitate, & familiæ nobilitate, altaq; Sabauda dignitate diſſeram, tum de maiorum geſtis, & factis memoratu dignis verba faciam,

ciam, demum omnium laudibus complexis, & nuptiarum proceſſu fideliter recitato de inaudita hac, & inſolita, qua perfruimur lætitia dicam, ac omnibus breuius quàm fieri poterit abſolutis perorabo. Facturus itaque Sabaudæ ditionis elucidationem operę pretium me facturum putabo, ſi à primis Sabaudæ familiæ initijs rem ipſam repetiero. Vetuſtatem autem huius nobiliſſimæ familię, qui curioſius ab Hercule Iouis Maximi filio, ſiue à Macedoniæ Regibus longa ſerie defluxiſſe dicunt, vel à præalta Romanorum Cæſarum origine, ſeu ab alijs retro Principibus ante Chriſtianæ ſalutis annos deducto ſtemmate repetere contendunt, fabuloſis penè initijs rem totam inuoluere videntur. Nos verò vanas eorum contentiones, & comentitias opiniones non morati tantæ vetuſtatis incerta veſtigia relinquentes recentiora tantum, illuſtrioraq; vti ab omnibus recepta, & cõprobata ſunt tamquam certiora ſequemur, à Beroldoq; illo Saxone, qui primus in Sabaudum ſolũ ſublimia ſceptra trãſtuliſſe dicitur exordium petemus, inſignemq; illius memoriã tot triumphis clarã, & ſpectatæ virtutis famã cõtemplãdã ꝓponemus. Sabaudia quaſi ſalua via, quam inde quietis, & repromiſſionis patriam quidam dictam putarunt, vel à Sabatijs montibus, ſeu vadis, vt alij malunt (mea tamen ſententia perperam) ſic nuncupata Regio eſt tranſalpinæ Galliæ pulcherrima, & nobilisſima iuxta Rhodanum flumen, & ad Lugdunenſem tractum poſita, locorũ amœnitate, venatione, & piſcatione, aeris, *Sabaudia.*

cœliq;

cœliq; ſalubritate, atque temperie felix, vrbium, & oppidorum pulchritudine nõ mediocriter decorata, atque munita, quam præter Rhodanum ingentia etiam aliquot interfluunt flumina. Hac ſexcentis circiter annis Beroldum Saxonem magno Saxoniæ Ducum ſanguine natum ſtrenuiſſimum, atque fortiſſimum virum felicibus auibus primum potitum olim accepimus: Dum enim Genuenſium incurſionibus, aſſiduisq; vexationibus, quibus atrita, proſtrataq; Sabaudia erat eius ope, & induſtria liberata fuiſſet, pacataq; omnia Cæſaris iuſſu, & quieta reddidiſſet ibidem pedem eum fixiſſe, Sabaudiæ Comitem primum deſignatum, celeberrimum inde Sabaudum, glorioſiſſimumq; nomen tot Heroibus, & Ducibus illuſtratum ad noſtra vſque tempora feliciter propagaſſe legimus. Huius glorioſiſſimi Herois exemplo ſucceſſores impulſi tanta illius augendæ gloriæ cupiditate accenſi fuerunt, vt poſt excelſa ſuperata aſperrimarum alpium iuga, duraq; paſſa modo pace, modo bello mira humanitate, certaq; fide incredibilem ſibi, poſterisq; gloriam compararint, adeò vt oppida, Ciuitates, vrbes, pulcherrimasq; regiones paulatim, & ſine magno temporis interuallo præſtanti gloria (fortibus eorum auſibus ferè ſemper arridente fortuna) Sabaudæ ditioni addixerint, ac omnia denique tanta virtute parta ad ſummum laudis faſtigium feliciter euecta nunc conſpicimus. Sabaudam itaque familiam tam alto, excelſoq; ſtemmate ortam, & vetuſtiſſimo antiquitatis

Sexcentis antea annis Beroldus primus Sabaudia potitus.

fo-

ſomite decoratam maiora quotidie illa ſubijſſe incrementa rerum geſtarum teſtimonia, euentusq; declararunt. Quo ergo pacto tantam generis claritatem, nobilitatemq; maiorum tuorum, tot Heroum digna facta, tot egregia facinora, præclaraq; geſta, tot tantisq; ſeculis clara (Princeps potentiſſime) condigna oratione enarrare potero? Sentio itaque me in maxima difficultate verſari, cum in ampliſſimo iſto conſpectu de huius rei magnitudine dicendum ſit. Linguæ equidem officium tantarum virtutum magnificentia ſuperari, vinciq; ſentio. Quare cum arduam iſtam prouinciam nimium forte temerè mihi aſſumpſerim, vnde verborum ſplendorem, quo careo; ſententiarum grauitatem, quam deſidero; reconditam multarum rerum doctrinam, quam non habeo, mentis acumen, diſertam facundiam, quæ à me abſunt expectare poſſim non video. At licet harum omnium rerum difficilius ſit exitum, quã principium inuenite, adeò vt non mihi tam copia, quam modus in dicendo quærendus ſit, Illud mihi tandem lętandum iure eſſe video, quod in hac inſolita mihi ex hoc loco dicendi ratione cauſa talis oblata ſit, in qua oratio nemini deeſſe poſſit. Tua itaque benignitate confiſus (CAROLE EMAN.) ad maiora accinctus quo me iam vocat, & inuitat oratio alacri animo pergere non dubitabo. Omittam nunc Sigueardum Saxonicę tuæ gentis caput; omittã Theodoricum; Hedilhardum, Vithichindum illum magnum primũ chriſtiani nominis cultorem à Carolo Magno bello laceſ- *Siguear-dus Saxo-nia caput.*

ceſſitum,& tandem ſacro fonte ab eodem leuatum; Ottonemq; Cæſarem, antiquiſſimos denique alios Saxoniæ Duces tam armis potentes, cæteriſq; virtutibus inſignes, vt vicinos tyrannos, ac Principes, aliasq; exteras gentes, & immanitate barbaras pluries (vt veterum monumenta teſtantur) ſuperarint, & in ſua ditione continuerint, poſteriſq; ſempiternam de ſe memoriam reliquerint. Redeo iam ad

Beroldus. Beroldum tui Sabaudi nominis primum, de quo primo loco dixi, cuius virtute, rebuſq; præclarè geſtis Sabaudiam, Maurianam, Beugeſium, aliasque plurimas oras conquiſitas; ſuperatum Manfredum Secuſiæ Marchionem, contritum ad Canapitiũ Arduinum Regem temporibus illis didicimus. Hunc Magdeburgi nobili Saxoniæ ciuitate anno ſalutis no

Natus anno 980. ningenteſimo octuageſimo natum, quadraginta quatuor annos vixiſſe, viginti ſeptem militari diſcipli næ addictum imperaſſe, demumq; tam multis ſtrenuè, & feliciter actis anno milleſimo vigeſimo quar

Mortuus ann. 1024 to Imperante tunc Henrico Cæſare è medio ſublatum, Arelatæq; celeberrima Galliæ ciuitate tandem conditum veterum, neotericorumque ſcripta teſtantur. Teſtes inde poſt hunc fuerunt Vmbertus

Vmbertus ſecundus Comes. Amadeus primus. Comes ſecũdus, Amadeuſq; filius tanti nominis viri, quorum virtute ad Pedemontios vſq; propagatã feliciter ditionem nouimus. Illum Secuſiæ Marchionem primum creatum, ac eius induſtria Burgundici Regni parte Sabaudiam auctam; Hunc Burgundos à Romanorum inſultibus liberaſſe, ac ſingulari

eius

eius humanitate, & prudentia inſimul pacatas, atq; ſedatas Gregorij Septimi Pontificis Maximi, & Henrici Cæſaris ad Canoſſum contentiones quoque lé-gimus. Amadeus auté quartus cognomẽtò Magnus

Amadeus quartus.

Thomę ſecũdi filius acerrimi ingenij Princeps ſuperiorum natalium origine, & nobilitate clarus quam egregiè maioribus ſuis præluxerit, quamque alta ſublimiq; ſede familiam iſtam locarit, ac illuſtrarit eius quoque inſignia facta ſatis apertè, lateq; declararunt; Omiſſis enim bellis ab eo in Humbertum Dalphinum, & alios lectis militum copijs fortiter geſtis conſtat Sebuſianos populos eius fortitudine victos, Sabaudiæq; adiectos: Geneuam pleniori iure ab eo poſſeſſam; Gullielmum Montisferrati Marchionem per Subalpinos fuſum, & debellatum; Nec illud de eo memoria digniſſimum, & pleriſque notum, quo immortalẽ gloriam eſt conſecutus omittendum cenſeo; Traditum quippe à maioribus eſt Amadeum illum ad orientales oras nauigãtem poſt præclara, multaq; & inſignia eius admirandæ virtutis teſtimonia Rhodum nobiliſſimã, celeberrimãq;

Rhodus à Turcis Amadei ope liberata.

Ciuitatem, & inſulam omnem à potentiſſima Turcarum claſſe obſeſſam chriſtianorum rebus vndique tunc trepidantibus ab eorum faucibus eripuiſſe, ac illorum fuſo exercitu infracto, inuictoq; animo obſidione depreſſa incolumem, & illæſam Hieroſolymitanis equitibus mira fortitudine, atque prudentia ſeruaſſe memorabili illo anno milleſimo trigenteſimo decimo, in cuius feliciſſimæ victoriæ perennem

An. 1310.

memoriam pro maiotum ſuorum aquilis, quas à Cæſare primum reportarat Beroldus candidę crucis ſtemma maximis precibus deuictum, hocque annuente, & conſentiente Cæſare, quo inde ſemper maiores hactenus tui vſi ſunt aſſumpſiſſe ferũt. Scio muneris noſtri hoc tempore, iſtoq; loco videri rem tantam, tamque memorabilem poſteris omnibus, omniumq; ſcriptis prædicandam altius paulò efferre ſed non id agimus, rei quoque magnitudo, cui cedere cogimur, multaq; alia ſuadere videntur, vt his quæ comendatione non egent, ſed ſe ſatis extollunt, & laudant intermiſſis cætera prouinciæ noſtræ munera complectamur. Neque mihi exemplum Amadei quinti eiuſdem Amadei quarti nepotis, ipſiuſq; familiæ auguſtiſſimi Herois prætereundum videtur. De quo vt eius ſingulari virtute facta, perfectaque mittam illud in medium proferendum, memoriaq; repetendum videtur, ab eo primo in tantam naualis prælij, & victoriæ in Turcas mirificè apud Rhodianos per æuum obtentæ recordationem militarem illum, venerandumq; Anunciationis ordinem intantæ rei memoriam inſtitutum fuiſſe, ponderoſis illis additis litteris myſterium tantum redolentibus amplum rei teſtimonium perhibentibus fortitudo eius Rhodũ tenuit, ita paſſim inſcriptis. F.E.R.T. Amadeum ſeptimum Ducis titulo primum decoratum, & in Baſilienſi concilio Pontificem Maximum licet reccuſantem Felicis nomine indito creatum. Amadeum quoque octauum Sanctum, Diuumq; Principem

Amadeus Quintus.

Amadeus Quintus ſupremi equeſtris ordinis inſtitutor.

Amadeus ſeptimus prim. Dux appellatus, & Pontif Maximus creatus.

Amadeus octauꝰ Beatus dictus.

pem non longis antea ſeculis vita functum, cœleſtisq́; patriæ incolam factum, prodigijs, miraculisq́; fulgentem; cui templa, ſtatuas, & aras ſemper deberi omnes vno ore fatentur, & prædicant. Ludouicum item eius fratrem Carlotæ Cypri Reginæ virum, licet à Iacobo Carlotæ ex concubina Iohannis communis patris fratre poſt adepta, & per tempus potita Regni ſceptra Regno tandem expulſum; à quo ſanctiſſimam illam Saluatoris IESV ſindonem tanta nunc veneratione à te ſeruatam in Sabaudiam relatam audiuimus. Aliosq́; multos Amadeos, Philippos, Carolos, Ludouicos; & alios etiam in victoriarum, ac virentis ætatis flore quandoque ſublatos in familia tua claros, & celebres eorum, Herculeasq́; victorias, (cum nec omnia hiſce nunc ſcriptis ſint complectenda) longiori oratione proſequi ſuperſedeo. Ne igitur in immenſum nimis excreſcat oratio mea, atque vt tot res auorum tuorum proſperè, ſecundeq́; geſtas omittam, ne ad tam remota euagari videar à maioribus proximè tuis, qui noſtra, patrūq́; memoria floruerunt exēpla petamus. Habuiſti non longo interuallo (CAROLE EMAN.) Carolū auum & Emanuelem Philibertum illius filium, tibiq́; patrē clariſſima tui nominis, tuorumq́; ſtemmatum teſtimonia, atque fulgentia ſydera è poſteritatis memoria nunquam delenda; exitus enim qui totam anteactam vitam, retroq́; geſta clarè probare ſolēt facilè quales fuerint, quid egerint, quid tentarint, quid præſtiterint certiſſimum teſtimonium tibi, omnibusq́;

Ludouicus Rex Cypri

non viderem; Tantum hæc tamen omnia non valuerunt, vt properantem animum meum ab inſtituto celeri curſu reuocare potuerint. Alios exaudire videbar, qui mea mihi fortaſſe detrahentes multa me omiſiſſe, aliqua perperam adieciſſe, pleraque peruertiſſe, & nimia forte mutuatum eſſe dicerent; ſed vt ornatiſſimus ille noſtrorum temporum orator eximius ſcriptum reliquit in tam vbere, ac copioſa materia neceſſe eſt vnicuiq; legentium multa in mentem venire, quæ commodè dici queant; neque fieri poteſt, vt quidquid omnes cogitant dicat vnus, & ea eſt hominum natura, vt cùm quis quod ipſe ſcripſiſſet id ab eo qui ſcribit omiſſum videt, non hoc quoque ſcribi potuiſſe, ſed id potiſſimum ſcribi debuiſſe contendat. Fateor etiam me à Cicerone eloquentiæ Duce, cuius lepida, lacteaq; verba quoad poſſum ſugere, cuiuſque veſtigia perpetuò calcare, ſequiq; nitor, & alijs nonnullis priſcis, & recentioribus claſſicis ſcriptoribus quod quiſque commodiſſimè ad rem noſtram adducere videbatur excerpſiſſe, & ex varijs ingenijs præclara quæq; libaſſe. Id tamen mihi vitio vertendum non puto, cùm pauca præſertim (vt in prouerbio eſt) vix dici poſſint quæ dicta, vel olfacta prius non fuerint. Hoc verò vnum tantos labores, tantaq; hominum cogitata lenire videtur, quod me nonnulla dixiſſe deprehendent, quorum authorem me ipſi fateri, ac forte etiam laudare cogentur; Sed cùm inuentis addere, aliorumq; ſcriptis detrahere facillimùm eſſe nouum non ſit, & ſi delicatum alicuius legentis animum

mum

mum aliqua forte in parte ledi contigerit, cùm non vni hominum Dij omnia dederint, veniam ab omnibus, qui rectè, & candidè iudicabunt me haud grauatim in re hac impetraturum confido. Illud aũt vnum dolendũ videtur, quòd cùm aliqua præpoſtera, nec vltima primis bene reſpondere viderentur, rem penè totam iampridem ante ſtudiorum præteritorum initia cæptam octo menſibus integris inde intermiſſam, ac poſtea iam Duce in patrium ſolum reuerſo reſſumptam, hoc breui celeri tẽpore peruertere oportuerit; factum heu ſit, vt oratio noſtra optata, & perfecta, qua nitebamur elimatione non mediocriter, vt ingenuè, palamq; teſtamur caruerit; eo præſertim quod longiorem cunctationem propter proxima ſtudiorum initia ſuſtinere amplius nequiremus; Aſſiduæ tamen lectionis oneri, nonnullisq; forenſibus negotijs, & multis domeſticis, quibus premimur curis, quæ ſępe etiam pręclare iacta virtutis fundamenta euertere ſolent, quæque mihi debitum otium eripuerunt aliquid condonandum videtur. Quare his omnibus tantis rebus maturo conſilio agitatis, demumq; reiectis feliciſſimi Ducis humanitate, tuoq; præſidio confiſus (Illuſtriſſime Pallauicine) paucula hæc qualia quæque ſint ſibi, tibiq; non ingrata fore ratus, etſi ob aduerſam Principis valetudinem, maximasq; eius rerum occupationes tardè nimis quam par erat, me iam ante tamen parato, tantamque temporis iacturam, & tarditatem mecum deplorante emiſſa; ne quoque perirent non leues hæ laborum meorum vigiliæ, quod tibi pluribus ante-

tea

tea annis vero patrono, alteriq; ſtudioſorum Mæcenati debebam nunc ſupplici affectu, & integra fide perſoluo. Interim Deum precabor, vt tenues ingenij mei vires eleuare, atq; promouere dignetur, meq; quietius philoſophari permittat, quo indies tuo nomine, & Principis maieſtate digniora afferre, & promere poſſim. Vale igitur, flore, creſce; meq; tuæ benignitatis ſplendore complectere; complexumq; vt conſuetæ tuæ humanitatis iura ferunt, atque depoſcunt foue, tege, ac tuere; Cui Neſtoreos annos, & Quinti Metelli felicitatem elargiatur Deus.

Taurini Kalend. Octobris. M D L X X X V.

AD SERENISSVM

POTENTISSIMVMQ.

CAROLVM EMANVELEM

Sabaudiæ Ducem, Pedemontium Principem, &c.

De auſpicatiſſimo cum CATHARINA Auſtriaca Philippi Maximi Hiſpaniarum Regis filia coniugio.

PHILIPPI MARIAE ROFREDI Iureconſulti Claraſcenſis.

Et in Florentiſſima Taurini Academia Lectoris extraordinarij matutini gratulatoria Oratio.

SOLENT qui ad pręclaras res aliquas, memoratuq; dignas decantandas accedunt (Sereniſſime Potentiſſime Feliciſſime Princeps) alij peregrinam Ciceronis eloquentiam, alij vehementem Demoſthenis in dicendo facundiam, nonnulli Periclis curioſitatem, alij verò Mithridatis memoriam, quo ea de quibus verba facturi ſunt perfectè explicare poſſint deſiderare. Quæ quidem omnia ſi vlli vnquam de quauis egregia re dicere parato appetenda fuerunt mihi cer-

tè hoc tempore rerum humanarum experti, in dicendoq; parum verſato de re tam graui, atque ſublimi dicturo præceteris magis, magisq; exoptanda videntur; Difficillimo enim, arduo, ampliſſimoq; certamini accingor, cum mihi de antiquiſſima, nobiliſſimaq; Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum, & Hiſpaniarum Regum familia, eiusq; laudibus, ac de communi populorum omnium, inauditaq; lætitia ex his tandiù ab omnibus exoptatis nuptijs, & matrimonij nexibus, qua vniuerſi perfruuntur accepta, deque vtriuſque Coniugis dignitate dicendum ſit; Qua in re quid mihi agendum ſit, quò me vertam, vnde in tanta re exordium ſumam vix verè ſcio. Video quippe in tam vaſto, amploq; pelago mihi eſſe nauigandum, vt illud ingreſſus demergi potius quã feliciter enatare poſſe dubitem. Offert ſe primum ſplendidiſſima Hiſpaniarum, Sabaudiæq; domus proſapia; offerunt ſeſe ſtrenuiſſimorum virorum, Inuictiſſimorum Procerum egregia, præclaraq; facinora toto terrarum orbi notiſſima; offerunt ſeſe Principum noſtrorum, feliciſſimorumq; Coniugum laudes, vniuerſi Hiſpaniarum Regni, Sabaudæ ditionis inauditi triumphi, Italiæ totius, ac Chriſtanæ Reip. applauſus, omnium denique gentium, & præcipuè noſtratium incredibilis lætitia, animi exultatio, inexplebile gaudium, hilaritas magna, inſatiabilis demum totius patriæ noſtræ iucunditas, qua mirum in modum debacchantur, perfruunturq; omnes, de quibus ſingulis annuente Deo eſt mihi hoc tempore dicendum

cendum. Quibus omnibus mente agitatis quo pacto talem prouinciam humeris meis longe imparem ſuſtinere, digneq; perſoluere poſſim, qua ratione tam graue munus obire valeam penitus ignoro. Difficultatem magis augere videntur tot Procerum, tot Illuſtriſſimorum, lectiſſimorumq; virorum frequentia, tot ora, totq; oculi in me vnum conuerſi, tanta Principum maieſtas, rei amplitudo, negotij grauitas, dicendiq; conditio; quibus omnibus perterritus tantam prouinciam aggredi, ampliſsimũq; hoc munus ſuſcipere non audebam: Cernens præterea hoc tempore in tam magna omnium lætitia, in qua ſcriptorum omnium ſtudia niti ſolent multos ſingulari ingenio præſtantes, dicendi facundia præditos, & omnium ſcientiarum genere eruditiſſimos adeſſe viros, quorum oratione, & carmine, tam alta, ſuperbaq; geſta doctè, & eruditè explicarentur; ac nil demum hoc tempore niſi ingenio perfectum, elaboratum induſtria, & omni doctrinæ genere elimatum afferri oportere: His tamen omnibus, & alijs multis difficultatibus, quæ ſeſe offerebant exploſis, & alacri animo ſuperatis; cum tantam lætitiam, ſummamq; hilaritatem hoc tempore mente cõceptam, ac omnium ore arridentem continere nequirem, licet hęc qualia quęq; ſint nec rei dignitati, nec aliquorum expectationi, meoq; propenſo, & prono in Principes noſtros animo forte reſpondere non poſſe dubitarem, hæc tamen exigua obſeruantiæ, & ſtudiorum meorum teſtimonia non iniucunda diutinæ

 veſtræ

veſtræ, quam optamus ſocietati fore confidens de tanta omnium lætitia, expectatoq; & à ſuperis promiſſo grauiſſimo veſtro coniugio dicere tandem decreui. Student autem qui de ſummis huiuſcemodi rebus dicere cupiunt audientium animos beneuolos attentosq; precari; ego verò cum de re, quę comendatione non eget, ſed ſeipſam ſummopere laudat, atque comendat dicturus ſim omniũ mentes promptas, pronaſq; fore, ac orationis meæ tenuitatem Principum clementia ſubleuãdam fore ratus erecto paululum animo operi paulatim accingar. Quare ſi quo forte timore perterritus, qui plerunque dicere incipientes obmuteſcere ac in medio (vt aiunt) curſu deficere facit, quíque Demoſthenem coram Philippo Macedonum Rege orantem eloquentia deſtituit, ac Ciceroni pro Millone cauſam dicenti defuit, memoriæq; lapſu, aut ingenij imbecillitate aliquid tãtæ rei maieſtate forte indignũ attulero rei familiaris, ac liberorũ cura, aſſiduæ lectionis onus, ac cæteræ q̃bus plerũque præmimur præmaturæ anguſtiæ, tẽporumq; calamitates hactenus mihi, iuſtiſſimiſq; conatibus meis nondũ fauentes à te, humanitateq; tua (Inclyte Princeps) veniam humillime deprecantur. Dicturus igitur breuiter ſum de feliciſſimis matrimonij veſtri hymenęis dignitatis, grauitatis, & glorię plenis, eximijſq; veſtris laudibus, atque ac communi omnium lætitia; Ac primum de antiquitate, & familiæ nobilitate, altaq; Sabauda dignitate diſſeram, tum de maiorum geſtis, & factis memoratu dignis verba faciam,

ciam, demum omnium laudibus complexis, & nuptiarum proceſſu fideliter recitato de inaudita hac, & inſolita, qua perfruimur lætitia dicam, ac omnibus breuius quàm fieri poterit abſolutis perorabo. Facturus itaque Sabaudæ ditionis elucidationem operę pretium me facturum putabo, ſi à primis Sabaudæ familię initijs rem ipſam repetiero. Vetuſtatem autem huius nobiliſſimæ familię, qui curioſius ab Hercule Iouis Maximi filio, ſiue à Macedoniæ Regibus longa ſerie defluxiſſe dicunt, vel à præalta Romanorum Cæſarum origine, ſeu ab alijs retro Principibus ante Chriſtianæ ſalutis annos deducto ſtemmate repetere contendunt, fabuloſis penè initijs rem totam inuoluere videntur. Nos verò vanas eorum contentiones, & comentitias opiniones non morati tantæ vetuſtatis incerta veſtigia relinquentes recentiora tantum, illuſtrioraq; vti ab omnibus recepta, & cõprobata ſunt tamquam certiora ſequemur, à Beroldoq; illo Saxone, qui primus in Sabaudum ſolũ ſublimia ſceptra trãſtuliſſe dicitur exordium petemus, inſignemq; illius memoriã tot triumphis clarã, & ſpectatæ virtutis famã cõtemplãdã ꝓponemus. Sabaudia quaſi ſalua via, quam inde quietis, & repromiſſionis patriam quidam dictam putarunt, vel à Sabatijs montibus, ſeu vadis, vt alij malunt (mea tamen ſententia perperam) ſic nuncupata Regio eſt tranſalpinæ Galliæ pulcherrima, & nobiliſſima iuxta Rhodanum flumen, & ad Lugdunenſem tractum poſita, locorũ amœnitate, venatione, & piſcatione, aeris, *Sabaudia.*

cœliq;

cœliq́; ſalubritate, atque temperie felix, vrbium, & oppidorum pulchritudine nō mediocriter decorata, atque munita, quam præter Rhodanum ingentia etiam aliquot interfluunt flumina. Hac ſexcentis circiter annis Beroldum Saxonem magno Saxoniæ Ducum ſanguine natum ſtrenuiſſimum, atque fortiſſimum virum felicibus auibus primum potitum olim accepimus: Dum enim Genuenſium incurſionibus, aſſiduisq́; vexationibus, quibus atrita, proſtrataq́; Sabaudia erat eius ope, & induſtria liberata fuiſſet, pacataq́; omnia Cæſaris iuſſu, & quieta reddidiſſet ibidem pedem eum fixiſſe, Sabaudiæ Comitem primum deſignatum, celeberrimum inde Sabaudum, glorioſiſſimumq́; nomen tot Heroibus, & Ducibus illuſtratum ad noſtra vſque tempora feliciter propagaſſe legimus. Huius glorioſiſſimi Herois exemplo ſucceſſores impulſi tanta illius augendæ gloriæ cupiditate accenſi fuerunt, vt poſt excelſa ſuperata aſperrimarum alpium iuga, duraq́; paſſa modo pace, modo bello mira humanitate, certaq́; fide incredibilem ſibi, poſterisq́; gloriam compararint, adeò vt oppida, Ciuitates, vrbes, pulcherrimasq́; regiones paulatim, & ſine magno temporis interuallo præſtanti gloria (fortibus eorum auſibus ferè ſemper arridente fortuna) Sabaudæ ditioni addixerint, ac omnia denique tanta virtute parta ad ſummum laudis faſtigium feliciter euecta nunc conſpiciamus. Sabaudam itaque familiam tam alto, excelſoq́; ſtemmate ortam, & vetuſtiſſimo antiquitatis

Sexcentis antea annis Beroldus primus Sabaudia potitus.

fo-

fomite decoratam maiora quotidie illa ſubijſſe incrementa rerum geſtarum teſtimonia, euentuſq; declararunt. Quo ergo pacto tantam generis claritatem, nobilitatemq; maiorum tuorum, tot Heroum digna facta, tot egregia facinora, præclaraq; geſta, tot tantisq; ſeculis clara (Princeps potentiſſime) condigna oratione enarrare potero? Sentio itaque me in maxima difficultate verſari, cum in ampliſſimo iſto conſpectu de huius rei magnitudine dicendum ſit. Linguæ equidem officium tantarum virtutum magnificentia ſuperari, vinciq; ſentio. Quare cum arduam iſtam prouinciam nimium forte temerè mihi aſſumpſerim, vnde verborum ſplendorem, quo careo; ſententiarum grauitatem, quam deſidero; reconditam multarum rerum doctrinam, quam non habeo, mentis acumen, diſertam facundiam, quæ à me abſunt expectare poſſim non video. At licet harum omnium rerum difficilius ſit exitum, quã principium inuenire, adeò vt non mihi tam copia, quam modus in dicendo quærendus ſit, Illud mihi tandem lętandum iure eſſe video, quod in hac inſolita mihi ex hoc loco dicendi ratione cauſa talis oblata ſit, in qua oratio nemini deeſſe poſſit. Tua itaque benignitate confiſus (CAROLE EMAN.) ad maiora accinctus quo me iam vocat, & inuitat oratio alacri animo pergere non dubitabo. Omittam nunc Sigueardum Saxonicę tuæ gentis caput; omittã Theodoricum; Hedilhardum, Vithichindum illum magnum primũ chriſtiani nominis cultorem à Carolo Magno bello la-

Sigueardus Saxonia caput.

ceſ-

ceſſitum,& tandem ſacro fonte ab eodem leuatum; Ottonemq; Cæſarem, antiquiſſimos denique alios Saxoniæ Duces tam armis potentes, cæteriſq; virtutibus inſignes, vt vicinos tyrannos, ac Principes, aliaſq; exteras gentes, & immanitate barbaras pluries (vt veterum monumenta teſtantur) ſuperarint, & in ſua ditione continuerint, poſteriſq; ſempiternam de ſe memoriam reliquerint. Redeo iam ad

Beroldus. Beroldum tui Sabaudi nominis primum, de quo primo loco dixi, cuius virtute, rebuſq; præclarè geſtis Sabaudiam, Maurianam, Beugeſium, aliaſque plurimas oras conquiſitas; ſuperatum Manfredum Secuſiæ Marchionem, contritum ad Canapitiũ Arduinum Regem temporibus illis didicimus. Hunc Magdeburgi nobili Saxoniæ ciuitate anno ſalutis no

Natus anno 980. ningenteſimo octuageſimo natum, quadraginta quatuor annos vixiſſe, viginti ſeptem militari diſcipli næ addictum imperaſſe, demumq; tam multis ſtrenuè, & feliciter actis anno milleſimo vigeſimo quar

Mortuus ann. 1024 to Imperante tunc Henrico Cæſare è medio ſublatum, Arelatæq; celeberrima Galliæ ciuitate tandem conditum veterum, neotericorumque ſcripta teſtantur. Teſtes inde poſt hunc fuerunt Vmbertus

Vmbertus ſecundus Comes. Amadeus primus. Comes ſecũdus, Amadeuſq; filius tanti nominis viri, quorum virtute ad Pedemontios vſq; propagatã feliciter ditionem nouimus. Illum Secuſiæ Marchionem primum creatum, ac eius induſtria Burgundici Regni parte Sabaudiam auctam; Hunc Burgundos à Romanorum inſultibus liberaſſe, ac ſingulari

eius

eius humanitate, & prudentia inſimul pacatas, atq; ſedatas Gregorij Septimi Pontificis Maximi, & Henrici Cæſaris ad Canoſſum contentiones quoque legimus. Amadeus autẽ quartus cognomẽto Magnus Thomę ſecũdi filius acerrimi ingenij Princeps ſuperiorum natalium origine, & nobilitate clarus quam egregiè maioribus ſuis præluxerit, quamque alta ſublimiq; ſede familiam iſtam locarit, ac illuſtrarit eius quoque inſignia facta ſatis apertè, lateq; declararunt; Omiſſis enim bellis ab eo in Humbertum Dalphinum, & alios lectis militum copijs fortiter geſtis conſtat Sebuſianos populos eius fortitudine victos, Sabaudiæq; adiectos: Geneuam pleniori iure ab eo poſſeſſam; Gullielmum Montisferrati Marchionem per Subalpinos fuſum, & debellatum; Nec illud de eo memoria digniſſimum, & pleriſque notum, quo immortalẽ gloriam eſt conſecutus omittendum cenſeo; Traditum quippe à maioribus eſt Amadeum illum ad orientales oras nauigãtem poſt præclara, multaq; & inſignia eius admirandæ virtutis teſtimonia Rhodum nobiliſſimã, celeberrimãq; Ciuitatem, & inſulam omnem à potentiſſima Turcarum claſſe obſeſſam chriſtianorum rebus vndique tunc trepidantibus ab eorum faucibus eripuiſſe, ac illorum fuſo exercitu infracto, inuictoq; animo obſidione depreſſa incolumem, & illæſam Hieroſolymitanis equitibus mira fortitudine, atque prudentia ſeruaſſe memorabili illo anno milleſimo trigenteſimo decimo, in cuius feliciſſimæ victoriæ perennem

Amadeus quartus.

Rhodus à Turcis Amadei ope liberata.

An. 1310

 me-

pem non longis antea ſeculis vita functum, cœleſtisq; patriæ incolam factum, prodigijs, miraculisq; fulgentem; cui templa, ſtatuas, & aras ſemper deberi omnes vno ore fatentur, & prædicant. Ludouicum item eius fratrem Carlotæ Cypri Reginæ virum, licet à Iacobo Carlotæ ex concubina Iohannis communis patris fratre poſt adepta, & per tempus potita Regni ſceptra Regno tandem expulſum; à quo ſanctiſſimam illam Saluatoris IESV ſindonem tanta nunc veneratione à te ſeruatam in Sabaudiam relatam audiuimus. Aliosq; multos Amadeos, Philippos, Carolos, Ludouicos; & alios etiam in victoriarum, ac virentis ætatis flore quandoque ſublatos in familia tua claros, & celebres eorum, Herculeasq; victorias, (cum nec omnia hiſce nunc ſcriptis ſint complectenda) longiori oratione proſequi ſuperſedeo. Ne igitur in immenſum nimis excreſcat oratio mea, atque vt tot res auorum tuorum proſperè, ſecundeq; geſtas omittam, ne ad tam remota euagari videar à maioribus proximè tuis, qui noſtra, patrũq; memoria floruerunt exẽpla petamus. Habuiſti non longo interuallo (CAROLE EMAN.) Carolũ auum & Emanuelem Philibertum illius filium, tibiq; patrẽ clariſſima tui nominis, tuorumq; ſtemmatum teſtimonia, atque fulgentia ſydera è poſteritatis memoria nunquam delenda; exitus enim qui totam anteactam vitam, retroq; geſta clarè probare ſolẽt facilè quales fuerint, quid egerint, quid tentarint, quid præſtiterint certiſſimum teſtimonium tibi, omni-

Ludouicus Rex Cypri

Carolus tertius auus. busq; attulerunt. Carolus enim auus tuus poſtquam Beatrici Emanuelis Luſitaniæ Regis filię matrimonio magna cum omnium lætitia coniunctus fuit, *Beatrix Luſitaniæ Regis filia vxor.* ditionemq; ingenti ære preſſam liberauit non paruã tuendæ, conſeruandæq; ducalis maieſtatis curam certè ſuſtinuit; Primũ enim ille ſingulari Dei clementia, ſua tum inſigni pietate, tumq; prudentia tot annos hãc eius ditionem ſic adminiſtrarat, gubernarat, rexeratq;, vt ad maximum felicitatis culmen prouectus vna in eo felicitas regnare, resq; ipſa in ſummo arridentis fortunæ faſtigio poſita, ac eius gloria omnibus communis eſſe tunc videretur. At cum nulla vnquam humana felicitas fuerit, quam non durus *Fortuna Carolo tertio infenſa* aliquis fortunæ caſus violarit, crudelis ipſa inde fortuna, quæ plerunque cum eam maximè conuerſam, plurimumq; fauentem credas ſua libidine dat terga; & leui momento dilapſa peruertitur ſecum velut colludens ſæuo excitato in tota ditione marte adeò ſe illi infenſam oſtendit, vt inſperatum, nouumq; exarſerit bellum, quo ditionem penè totam aſſiduis calamitatibus attritam, vaſtatamq;, & populos eius omnes tot malis, ærumniſq; preſſos, ac irretitos miſerabiliter contemplari licuit; vt verè memorabile illud Cæſaris dictum verum fuiſſe expertus fuerit, fortunam plerunque eos, quos plurimis beneficijs ornauit ad duriorem caſum reſeruare; Ea enim illius fides eſt res humanas huc, & illuc agere, vertere pariter, & euertere, omniaq; ad libitum quocunque vellit rottare; ac eos demum, quos ad ſummum felici-

tatis gradum glorioſè euexit præcipitáter inde deij-
cere; Cuius heu volabilis fortunæ complura exem-
pla referri, conſtantis vèro, & propitiæ admodum
pauca narrari proculdubio poſſunt. Quis autē ma-
ioribus fortunæ calamitatibus expoſitus? Quis Prin-
cipum iuſtè dominantium tot ærumnis, aduerſis ca-
ſibus inuolutus, iactatusq; vt ipſe fuit? Supra tamen
Tydeum, & Xantippum illum ipſum auum tuum
conſtituendum meritò putamus, qui in exantlandis
ærumnis, in laboribus perferendis magnum ſe tunc
præbuit, omnibusq; admirabilem oſtendit; vt certè
ſicut in proſperis rebus ſuperbia victus non fuerat;
ita in aduerſis palmæ arboris inſtar contrariæ fortu-
næ non ceſſerit, vt nec iſtis frangi, nec illis vnquam
efferri videretur. Sed nec hæc miranda videri debēt.
Nùmne de Manlio Torquato Lucij Manlij Torqua
ti filio, de Scipione Africano ſuperiore, de Craſſo di-
uite dicto, alijsq; pluribus maiora legimus? Atque
hæc inuictiſſimi illius animi facta, incommodaque
perpeſſa delibare licuit, quo iam ſuo magis, quam
vllo veterum exemplo tu Inclyte Princeps, confir-
meris, & aduerſa æquo, infractoq; animo ſuſtinere
quandoque valeas; Tantam enim fortunæ ſæuien-
tis iniquitatem illius memoriæ plus addidiſſe, quam
detraxiſſe credendum eſt. Nam vt in Mario Maxi-
mo plurimum laudis fortunæ viciſſitudinem addi-
diſſe legimus, ita quidem Alexandri hoc detraxiſſe
nomini quòd perpetuo penè, & ſecundo rerum ſuc
ceſſu vſus ille fuerit; egregium namque nautam, vt

Fortunæ viciſſitudo.

Carolus multis ærũnis iactatus.

In Mario Maximo, fortunæ viciſſitudo.

Alex. reb. perpetuo ſecũdis vſus.

triumphos, & ſpolia ab hoſtibus reportata; Ipſe nāque Appij Claudij dictum veriſſimū prudenti mente animaduertens præpotentia imperia rerum agitatione ad virtutem capeſcendam plerunque excitari, pacemq; armis, & quietem laborum tolerentia parari in acerrimis ęſtuātis belli procellis in tenera adhuc ætate conſtitutus, fortunæq; ictibus huc, & illuc agitatus tot mala, tot ærumnas aduerſoſq; caſus paſſus vbi tantæ immanitatis oblita ſibi demum imperauit fortuna adeò ſecnnda inde nactus eſt omnia, vt verè illa tantarum iniuſtarum calamitatum, & vexationū indignata placido vultu ad eum conuerſa placata, benigna, tamque fauens poſtea fuerit, vt non ſolum plurima, & maxima, ſed etiam perpetua bona congeſſerit, ac illo ad ſydera inter clariſſimos quoſq; Principes elato tot victorijs, tot triumphis dignum effecerit, vt omnibus difficultatibus heroico animo ſuperatis ditione ſua ampliſſima, atque pulcherrima reſtituta pacata, quietaq; omnia Dei clementia tandē videre, ac diu feliciter, ſummaq; cum voluptate potiri meruerit, & cuncta magna ſolertia, & impenſa bene, præclarèq; communierit, reſtaurarit, & glorioſiſſimè auxerit, ac tibi tantorum bonorum, totq; regionum, & fortunarum feliciſſimo ſucceſſori vndique bene vallata perpetuò fruenda reliquerit. Sed non illa nobis noua, tantoq; Principe inſolita videri debent; Ipſe enim vix infantiæ annos egreſſus grandiori iam ſurgente ætate ad Carolum Quintum Imperatorum omnium maximum, & feliciſſimum in Hiſpa-

Fortuna Eman. Phi liberto tandem fauēs.

Em. Phili bertus ditionem ſuā optimè muniuit, & auxit.

Em. Philibertus apud Carolum quintum educatus.

Hiſpanias miſſus, & ſub eius eminentis virtutis, micantisq; gloriæ clipeo educandus traditus, ſummæ tunc ſpei, & macte virtutis adoleſcens tanti herois veſtigia ſequens, diligentiſſiméque perpendens omnium ſtudioſiſſimus ita fuit, vt omnibus præſto, ſolertiq; animo ſingula perſcrutãdo pluribus inde bellis, & ſingulis propè expeditionibus præſens mirificæ eius virtutis ſedulus, & felix ęmulator magna cũ omnium gentium admiratione tandẽ euaſerit. Adeò vt poſtea inuictiſſimi eius animi laborum patientiſſimi, immortalisq; gloriæ auidi certior factus, Cęſar proprio motu, certoq; conſilio toto eius Belgico exercitui ab eo prçfectus, & à Philippo filio maiori authoritate confirmatus inde fuerit. Tũ enim ille maximam eius virtutem quam indies magis augeri omni arte curabat vti in celeberrimo, plenoq; rei bellicę theatro ſpectari oportere iudicabat; vt non ab re hoc ſupremum defenſionis, & gloriæ munus memorię tanti viri magna in parte deberet, à quo tot exactæ diſciplinæ documenta ſe didiciſſe ſępe profitebatur. Quid inde ad tantum imperium prouectus ſingulari eius virtute prçſtiterit res ſtrenuè, ac feliciter geſtæ, prçclaraq;, & inſignia facta indicarunt; Carolo enim patre in tanta temporum calamitate, belliq; ſęuitia defuncto, ac męſtis, cruentisq; ditionis ſceptris ab eo ſuſceptis ſex continuis annis Philippo Hiſpaniarum Rege fautore pro damnis paterno nomini illatis, pro ciuitatum, oppidorumq; recuperatione, pro pace, pro ſalute, proq; populorum ſuorum expe-

Em. Philibertus Cæſariani exercitus Imperator.

Em Philiberti patre mortuo pro ditione recuperanda geſta.

expetita quiete ſtrenuè dimicans quid egerit, quid tentarit, quid intactum reliquerit quem quæſo noſtrum latere poteſt? Quoties illum incredibili patientia; & cupiditate dum interdiu, noctuq; cuncta ſpeculabat cum graui quandoque valetudinis incommodo cibi, ſomniq; deſideria naturæ detraxiſſe credendum eſt? Quoties ille ſuorum diligentia forte difiſus vel quæ exigua, & minuta viderentur præſenti manu tractare minime recuſauit? Sed quid plura quę me dicentem deficerent ego commemoro? Quid in expugnatis ab eo vrbibus, fuſis hoſtibus, deletis copijs, alijsq; tam admirandis factis recenſendis immorari contendo; cum poſt tot tantaq; apud Belgas præclarè geſta ſummæ eius virtutis certiſſimũ teſtimonium nobis, poſteritatiq; totæ attulerit feliciſſima illa nunquam mortalium animis excidenda victoria ad Sanctum Quintinũ Diui Laurentij die feſto anni quinquageſimi ſeptimi parta, vbi tot ceſos fortiſſimos viros; captos ſtrenuos, & inſignes Duces, vniuerſáq; Galliæ nobilitatem captiuitati donatã, fugatos milites, tam amplam reportatam ab hoſtibus prędam intelleximus, vt nil noſtris, nec illis ſeculis clarius, nilq; præſtantius cõtigiſſe audiuerimus. Teſtes tunc fuerunt Sabaudiæ, Pedemontiumq; regiones tanta victoria exultantes, vt de priſtina libertate, atque ſalute recuperanda minime dubitare iam viderentur. Illa illa dies Princeps feliciſſime tam celebris, tãq; iucunda omnibus fuit, vt diuino annuente numine poſt lætę pacis omina auſpicatiſſima duo

Em. Philiberti ad S. Quintinũ victoria anno. 1557.

Sanquintinea victoria patria iucundiſſima.

Ex ſãquintinea victoria pax & duo matrimonia emanata.

matrimonia Iſabellæ Henrici Francorum Regis filię cum Hiſpaniarum Rege Philippo, à quibus genita chariſſima coniunx tua fuit; & Margaritæ eiuſdem Henrici ſororis, Franciſciq; filiæ cum Inuictiſſimo patre tuo Emanuele Philiberto, à quibus tu ipſe tantorum Heroum digniſſimus filius, & ſucceſſor prodijſti ſubſecuta quoq; fuerint, ac inde fauſta, felixq; & perennis nobis omnibus pax, quam Deus æternam, in ęuumq; ſeruet nuntiata fuerit. Quòd ſi Cicerone teſte magis illuſtres, & iucundos iudicamus eos dies, quibus conſeruamur quam eos quibus naſcimur, quod ſalutis certa lætitia ſit, naſcendi incerta conditio, & quod ſine ſenſu naſcamur, cũ voluptate conſeruemur magno certè cum honore tẽpus illud, quo priſtina quies nobis ſeruata, & reſtituta fuit venerari, colereq; debemus. Quo itaque laudis præconio Em. Philibertę tanta virtus tua nullius gloriæ ſecunda à me hoc loco efferenda, comendandaq; eſſet? quas meritas gratias populus iſte nominis tui, tuorumq; ſucceſſorum ſtudioſiſſimus agere vnquam poterit; cum illis tuis ſecundis temporibus nemo fuerit, ſitq; nemo nunc, qui tantam beneficij magnitudinem memoria repetens tibi non vt vero parenti, tutelariq; patrono gratias agat; qui non tibi vitam ſuam, liberos, fortunas, opes, bonaque omnia, ac ipſum quo nunc fruimur ſuaue pacis otium referat acceptum? Quibus ęnneis, & marmoreis vnquam litteris condignè tãta diei celebritas inſcribi poterit? Ditionem tuam feliciter tunc ingreſſus,

Ad Emã. Philiberti apoſtrophe.

ſus, ac ab omnibus maximis lętitiæ, exultationiſque lacrymis ſupinis ad ſydera manibus ſumptuoſis paſſim tropheis, & fauſtis omnium acclamationibus exceptus, ita omnia iam penè collapſa in priſtinum reſtituiſti, ita cuiuſque ſaluti conſuluiſti, vt à tanta publica illa cura oculos interdum ad priuatorum, ét incommoda conuertens verè Philibertus hoc eſt libertatis amor nobis omni ex parte apparueris: Ditionē breui propagaſti; Ciuitates & oppida munitiſſimis arcibus, & caſtris vndiq; vallaſti, vt à quibuſcunque inuidorum morſibus tamquam tutiſſimum propugnaculum ſint dilectiſſimo filio omnia nunc parata, & conſtituta. Hinc populos æſtuanti amore complecti; legibus & religione continere; fines iuſtè amplificare, cum proximis ciuitatibus, Principibus, & populis fœdera inire; externa tui ſeculi diſſidia benignè, ſanctéq; componere nunquam deſijſti, donec te tantum Ducem immaturo prorſus, nimiumq; iniquo fato, ſex iam annis elapſis ereptum tamquam longiore vita dignum inuida ſors lugendum meritoq; ſemper celebrandum nobis reliquit. En graues exaudire videor admonitiones feruenti amore incenſas, dulciſſima colloquia ad te chariſſimum filiū ditionis ſceptra tunc proximè adepturum dum animā Deo redditurus eſſet habita, atque illum in his ſimilia verba prorumpentem; Ecce filij chariſſime vides prope adeſſe tempus illud, quo neceſſe ſit extremis naturæ legibus obedire, quas cum ſemper ſeruandas cenſuerimus nunc nolle ęquo animo ſeruare vt iniquiſſi-

Em Philibertus ſplēdido apparatu in patria exceptus.

Patriam arcibus & propugnaculis muniuit.

Em. Philibertus mortuus anno. 1580 mēſe Auguſti

Em. Philiberti morituri ad filium colloquia.

mum, ita & turpiſſimum eſt; vocor enim ab eo, qui me in terras has miſit, atque quandiu hic affui præclarè, piè, egregieq; in omnibus me eſſe voluit, cuius beneficio quoad vixi nihil vnquam feci, quod me dixiſſe, feciſſeue peniteat, quare libentiſſimè decreto itineri accingor; Interim filij mi iuſtitiam, piã in Deũ religionem; bonorum premia, virtutum elationem, malorum pęnas, omniumq; gentium, ac populorũ tuorum dilectionem, & charitatem, quam præcepit benignè Deus, quibusq; ducibus imperium perenne, & maximum aſſequeris cum beneuolentia, immortaliq; gloria coniunctum tibi comendo; vt eis nominis tui ſtudioſiſſimis cum lætitia tranquillitatem tu quoque præbere demum poſſis æternam. Ac ne femineum etiam nomen, quod omni ſemper ęuo apud maiores tuos clariſſimum fuit omnino prætereamus; Inſignibus nunc illis, ſereniſſimisq; matronis ex Auſtriaco, Gallo, Luſitano, ac aliorum Italię Primatum ſanguine ortis in excelſa familia tua matrimonio coniunctis omiſſis, vt proxima tantum, quæ omnium adhuc populorum tuorum ſtudioſis mentibus reſident referamus: Habuiſti (CAROLE EMANVEL) pijſſimam Margaritam memorabilem hercle matrem regio illo antiquiſſimo, & Chriſtianiſſimo Franciæ ſanguine natam, magni Franciſci Regis filiam, Henriciq; ſororem, tanti nominis, tantæ prudentiæ matronam; Pudicitiæ, honeſtatis, omniumq; virtutum coronam; matronarũq; decus, caſtitatis ſpecimen; pauperum ſolatium; Iuſto-

Margarita à Francia mater.

ſto-

ſtorum præſidium, proborum columnam, Religionis, & pietatis exemplar, præſtantiſſimarum, & inſignium mulierum quæ ſunt, quæque fuerunt vnquam perennem gloriam; Cuius mira cura, & ſtudio inſurgente illa tua tenella ætate præclara indole; optimis præceptis; ſacris moribus, ſacris inſtitutis; omni religione, & pietate, omni denique virtutum ſplendore, quæ generoſum Principem decere videbantur ita mirificè imbutus, & exornatus fuiſti, vt verè virtutes ipſè tecum natæ, nedum educatæ illius præſidio eſſe viderentur; quam heu in ipſo creſcentis tantæ ſpei ſolatio, & ætatis tuæ flore tanto omnium mœrore, & lacrymis tanto tuo dolore vndecim annis elapſis ſublatam adhuc lugent, deplorant, & deſiderant omnes; Cuius demum tales, eiusq; generis ſunt laudes, vt cum veneratione potius, quam hominum prædicatione dignas eſſe noſcam poſteris admirandas, ſuſpiciendáſq; relinquam; Quæ quidem omnia quia tecum nunc ágo, ne ſeruire tuis auribus videar breuius quam opotteret arctare cõpellor. En itaque Magnanime Princeps natalium tuorum originem, & nobilitatem: en familiæ tuæ nobiliſſimæ, & antiquiſſimæ claritatem; en Procerum, Heroũq; tuorum vetuſtiſſimam ſucceſſionem; en præclara maiorum, & auorum ſtemmata; en gloriam; en decus; en facta; en geſta; en eximias, ſingulareſq; virtutes, ac memoriam in æuum, ſemperq; duraturam; en certiſſima tui nominis, tuæque domus teſtimonia: Habes igitur, quos domi imiteris, quorumq; veſti-

Carolus Eman. ſub Margarita matre educatus.

Mortua anno 1574.

gia calcare aſſiduò poſſis; Talia.n.habes maiorũ veſti gia, vt eorum exempla tamquam maiorum imagines in picta tabula intueri continuò valeas, quo indies magis, atque magis ad ſummum virtutis, & gloriæ faſtigium quaſi admotis faſcibus accendi, inflammariq; poſſis; vterer iam multis exterarum gentium exemplis, niſi iſta, & alia tuorum multa abundè ſupeterent. O maximam igitur Sabaudam dignitatẽ; ò nobiliſſimam, perennemq; tantæ domus proſapiã; ò celſam nominis claritatem; ò admirabiles victorias, & triumphos omnium alijs equandos. Audiuimus multis iam antea annis plures ſolo æquatas ciuitates, euerſa Regna, proſtrata fana, obliteratam multorũ Heroum memoriam, demiſſa atque extincta plurima; hanc verò vnam familiam tuam Cæſareo illo ſanguine colluſtratam tot annis, & ſeculis felicem ad hæc vſque tempora incolumem peruenisse, & in tot tantisq; tẽporum calamitatibus nouo velut quodam poſtliminio rediјſe videmus. Sed quid iam de

Carolus V. Imperator.

Inuictiſſimo illo Carolo Quinto Cæſare auguſtiſſimo, & Imperatorum omniũ præſtantiſſimo, rerũq; geſtarum magnitudine incõparabili Auo nunc tuo tanti nominis, tantæq; famæ Principe; Quid item de potentiſſimo Philippo eius filio Hiſpaniarum Rege maximo, maximarumq; ꝓuinciarũ Rege glorioſiſſimo tibi ſocero, quos nũc opportuno loco mea demũ quærit oratio dicã? Quo pacto heu miſer potero tantorum Principum laudes, res geſtas, præclara facta, claritatem, gloriam, inſignesq; victorias, atque virtutes plena, & digna oratione complecti? offert ſe

enim

enim ſpatioſus, vaſtiſſimusq; dicendi campus; offerunt ſe multa & innumera memoratu digna offerũt ſe quamplurima grauia, admirandaq; bella terra, mariq; confecta, de quibus alta dicere poſſem; Ad quę quidem ſingula quanto magis animum intendo ea mihi res ſublimior, & inquiſitu difficilior eſſe videtur; ſed cũ excelſa hęc tenui hoc meo ſtylo tranſcendere nequeam breui, humiliq; ſermone, & pingui (vt aiunt) minerua ſingula perſequi conſultò cogor; nam vſu quoque euenire deprehendimus, vt qui oculorum aciem in ſolares radios intendunt, quo fixius eos inſpicere nitantur eo minus videre noſcantur; quæ quidem omnia & ſi à propoſito noſtro cui videantur aliena, diuerticuli tamen cauſas tua, Inclyte Princeps, penſabit humanitas, à quo enixè, inſtanterq; poſtulo, vt hæc non omnibus forte ingrata conniuentibus oculis pertranſeas. At verò cum fuerit vnus Carolus ille Cęſar ſtrenuiſſimus, fortunatiſſimus, & feliciſſimus, qui non modo eorum hominum, qui nunc ſunt, ſuisq; ſeculis fuerunt gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam virtute haud dubie ſuperarit, quæ res eſt, quę cuiuſquam animũ in maximam admirationem iam non trahat? Qui ſępius cum hoſte conflixit quã quiſquam cum inimico concertauit; plura bella geſſit, quam cęteri legerint; plures prouincias deuicit quam alij concupiuerunt; Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei millitaris non alienis pręceptis, & inſtitutis, ſed ſuis imperijs, non offenſionibus belli, ſed victorijs, non ſtipẽdijs, ſed triumphis

phis eſt feliciter traducta. Iam verò virtuti tanti Cæſaris, inauditęq; dignitati quæ poteſt par oratio inueniri? Triumphauit olim apud Romanos l. Sylla, triumphauit L.Murena de Mitridate duo fortiſſimi viri, & ſummi Imperatores, triumphauit glorioſiſſimè Cn.Pompeus; triumphauitque toties Iulius ille Cęſar ſuis temporibus clarus; pluries etiam omniū teſtimonio triumphaſſe Carolum ipſum Quintum æternum mundi decus, & lumen certiſſimum eſt. Non enim illæ ſolæ ſunt virtutes imperatorię vt Cicero ait, quæ vulgò exiſtimantur labor in negotijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, cęleritas in conficiendo, conſilium in prouidendo, quæ tanta in vno illo fuerunt, quanta in omnibus reliquis Regibus, & Imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus vnquam fuerunt. Singulas autem & propè incredibiles expeditiones, pugnas, victorias, deuictas vrbes, expugnatas Ciuitates; ſubactas prouincias, & alia penè innumera virtutis, & gloriæ geſta, de quibus omnibus plena ſunt neotericorum volumina luculentiſſimè paſſim conſcripta, referre res ipſa non patitur. Teſtis tamen eſt Italia nouo ſępe metu, & terrore perculſa; tot damna, tot ærumnas numeroſiſſimo ſępe adducto exercitu paſſa. Teſtis Africa feliciter expugnata: Teſtis Vienna Barbarorum obſidione eius pręſidio liberata; Teſtis eſt Tunes, Regnumq; Tunetanum glorioſè quoque ab eo expugnatum, & expulſo Muleaſſi Regi reſtitutum; totq; ibi duro ſeruitutis iugo liberata Chriſtianorum mancipia:

Caroli 5. Victoriæ et triumphi.

cipia: Teſtis Germania ingenti eius fortitudine, atque prudentia repreſſa, domita, nouisq; tumultibus pacata; Teſtis Flandria tot inteſtinis diſſentionibus eius ope ſedatis Teſtis Gallia tot Ducibus, tot Principibus orbata, tot copijs amiſſis, tot ſpolijs exuta, Rexq; ipſe tanti nominis, & virtutis. Princeps apud Ticinum glorioſiſſimè victus, & captus. Teſtis immaniſſimus ille Turcarum tyrannus Carolum Quintum ſolum formidare ſolitus, cuius etiam conatus fractos, irritosq; redditos ſæpe cognouit. Teſtes denique fuerunt tot populi, tot gentes poſt tanta temporum ſpatia ſuo imperio additæ, atque adiunctæ, vt obſtupuerint ſecula, obſtupeſcent quoque poſteri certè imperia, prouincias, vrbes, oceanum, maria, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes, & legentes ſuos. Itaque aliorum Imperatorum bella, victorias, triumphos, res tantas denique geſtas admirantes numerabant maiores noſtri, Caroli verò Quinti enumerare nos plenè non poſſumus. Adeò autem omnia (vt rem orationis vim ſuperantem breuiter perſtringam) ſummus ille Imperator aſſecutus eſſe videtur, vt immortalis laudis fructum, quem hercle nulla vis eripuit, nec ipſa quidem fata vllo vnquam tempore delebunt maximum ſibi compararit, & longa infracti animi patientia rerum omnium difficultates quamuis arduas egregiè ſuperarit, ſolam autem inuidiam verè virtutis comitem, quam vnam poſteritati reliquit ſuperare nequiuerit. Quid ergo mirũ

ſi PHILIPPVS ipſe tanto Cæſare natus, tanti Herois filius, tamq; excelſa ſtirpe procreatus, cuius poteſtas proximè ad Deorum immortalium numen accedere noſcitur, cuiuſque imperium Oceano, cuius fama aſtris terminatur talia præbuerit iuſtiſſimæ ſucceſſionis, & propagationis teſtimonia, qualia per vniuerſum terrarum orbem iam latè diſſeminata videmus? Et ne ea, quæ exultanti animo geſtiunt, quæque mortalium omnium oculis patent tacitus prætteream; Quis generis claritatem, nobilitatemq; maiorum, & antiquiſſima familiæ ſtemmata dicendo aliqua in parte aſſequi poſſet? Quis Reges, Imperatores, ſummos Heroes, & Proceres omni ætate clariſſimos recenſere valeat? Quis ſolertiſſimam illam prudentiam, ſingularemq; virtutem, qua in alta velut ſpecula poſitus cuncta à longe tamquam Lynceus proſpiciens, paulatim ſcaturientes, & ſenſim ſerpentes in Flandria alijsq; regionibus hæreſes à longe ſubodoratus repreſſit, & mira celeritate extinxit non poſſit non admirari? Quis rurſus tot, tantaq; & tā diutina bella, pugnas, numeroſiſſimos exercitus tanta impenſa, totq; ingentibus voracibus ſumptibus in ipſis Flandriæ regionibus aduerſus hoſtes, & populos à ſe deſciſcentes tāto tempore ſuſtinere vt ipſe potuiſſet? Quis expugnatas vrbes, conquiſita regna, ſubiugatas prouincias, propagatam ditionem, poſſeſſos orbes verbis queat enodare? Quis non obſtupeſcat tot ciuitates, tot regiones; tot portus, tot inſulas; tot argenti, auriq; fodinas; tot terrarum denique

Philippus Hiſpaniarum Rex.

nique ſpatia, interualla, tractuſq; eius nutu, ac ditione gubernari? Quis antiquorum Ducum, & Regum, quis Cæſarum, & Imperatorum tam amplum imperiū, propagatamq; ditionem tam fuſè, lateq; vt ipſe extendit? Hunc metuunt gentes, formidāt tyranni, timent hoſtes, populi colunt, & venerantur; ac omnes ſupinis manibus, elatis oculis, grauiq; ſupercilio intuentur, conſpiciunt, & admirātur. Taceo nunc Darium, Taceo Xerxem potentiſſimos olim Perſarum Reges; omitto Philippum, Alexandrumq; Macedones; omitto Pompeum, & Cæſarē, aliosq; vetuſtiſſimos Imperatores, & Reges quorum potentiam, & ditionem Catholici Regis maieſtati trans Oceanum mare protenſæ nullo pacto æquandas quiſquam dicere auſit. Tu ò PHILIPPE totius orbis immortale decus Hiſpaniam omnem amplitudine latiſſimam vlteriorem, & citeriorem; veram fortium, ſtrenuorumq; virorum parentem; vaſtiſſimū & nobiliſſimum Luſitaniæ Regnum nuper tua virtute armis, ingentiq; humanitate ditioni tuæ mirificè adiectum. Neapolitanum Regnum velut alterum terrarum paradiſum omnibus bonis affluentem, hominibus ſingulari virtute, equiſque forma ſpecioſis abundantem: Siciliam agrorum vbertate, paſtionis magnitudine, ac fructuum varietate nulli ſecundam. Flandriam, adiacenteſq; regiones inſignium oppidorum, & vrbium magnificentia, artificio, & mercatura nobiliſſimas; rerumq; omnium, & mercium, quæ importantur, & exportantur affluentiſſimas:

Philippi Regis potentia.

Mediolanenſem prouinciam Italiæ florem , orbis delicias , pecuniarum fodinam , Nobilitatis ſpeculũ, Italiæ emporium ; & arcem : Indias denique omnes trans Oceanum poſitas vaſtiſſimas , ambitu infinitas, auri , argenti , gemmarumq; feraciſſimas velut alterum mundum , aliasq; plurimas regiones , oppida , ciuites , portus , Inſulas pęnè innumerabiles tenes,& poſſides. Te verum ac fulgentiſſimum totius mundi lumen : Te religionis , cultus , & pietatis exemplar . Te totius Chriſtianæ Reipub. tutiſſimum , firmiſſimumq; præſidium, in quo omnium ſpes otij ſita dignoſcitur . Te aduerſus hoſtes , immaniſſimosq; tyrannos munitiſſimum propugnaculum, iuſtitiæ columnam ; Humanitatis , gloriæ , omniũq; virtutum ſpecioſiſſimum & admirabile theatrum cõſpiciunt , & admirantur omnes . Quo quæſo pacto PHILIPPE potẽtiſſime depreſſa ſupioribus annis fuiſſet immanis illa Turcarum rabies ; quo pacto ſuperata orientalium mariũ pericula ; quo quæſo modo quaſſata numeroſiſſima barbarorum illorum claſſis vniuerſo terrarum orbi tunc formidabilis niſi tuo præſidio, tuis opibus (omitto diuinam prouidentiam) tuaq; potentia adiuta confirmata , & reſtaurata chriſtianorum iura fuiſſent ; & niſi à te Pij Quinti Pontificis Maximi ſummæ religionis, & pietatis viri , Venetorumq; fœdera comprobata,& aucta quoque fuiſſent ? Tuum quippe erat egentem patrocinio comunem cauſam ſuſcipere, tuum tot chriſtianorum mancipiorum aſperrimo ſeruitutis iugo alli-

Philippi Regis auxilia in naualipugna

gatorum vllulatus, gemitus, atque ſuſpiria tuam eni- xè opem implorantium exaudire: Quo inde pacto tanta illa naualis, & celeberrima pugna, incredibiliſque victoria poſt pacta fœdera in Turcas anno ſeptuageſimo primo ſupra milleſimum quingenteſimum ad Naupactum ſinum Octobri menſe reportata omnium, quæ hactenus poſt hominum memoriam vel videri, vel legi potuerunt glorioſiſsima euenire chriſtianæ Reip. potuiſſet, niſi tu ipſe quæ & rei grauitate, & tuæ maieſtatis deſiderio, atque ſplendore digna erant præſtitiſſes? Qua etiã ratione vna hæc Petri nauis, qua vehimur omnes tot hodie procellis, fluctibusq; agitata in tuto ſalutis portu quieſcere poſſet niſi tuo auxilio, tua periria, tuiſq; ſingularibus ſtudijs poſt Pontificem Petri Vicariũ veheretur? Quis porrò attrociſsimos illorum barbarorum conatus, pertinacem hæreticorum audaciã comprimere poſſet, quis feſsis chriſtianæ Reip..rebus demũ conſuleret niſi tu ſingulis tua dexteritate, tuoq; præſidio remedium adhiberes? Quis etiam infractam animi tui magnitudinem, inauditamq; illam conſtantiam omnibus mirandam non obſtupeſcet? vt tanta prudentia animi tui perturbationibus domineris, vt nec ſecundis rebus, quas cumulatim tibi fortuna adfert lætari, atque tumeſcere videaris, nec aduerſis, quas tantum Regem quandoque exaudire conuenit frangi quoquomodo noſcaris, ſed ſemper idem vultus, eadem maieſtas in te deprehendatur; ſic ſupra omnium hominum conditionem om-

Victoria naualis anno 1571.

Philippi regis constantia.

ni affectu vacas. Omitto tuorum Regnorum, tuarum Prouinciarum in Deum cultum omnibus gentibus admirabilem, qui vnus immortali approbāte parente tuorum populorum quietem, pacemq; in longum tueri dignoſcitur. Omitto maximas difficultates, labores, ſumptus, ingentes impenſas, & humanam potentiam fermè excedentes, quas in Flādriæ oris multis ab hinc annis potentiſſimè ſuſtinuiſti, quo tantum eorum animos à Romana fide deficientes in rectę religionis cancellis contineres. Pręclaram itaque tuam illam, præſtantemq; animi magnitudinem tali ſtudio æſtuantem ita iuuiſſe, itaque præſto in omnibus tibi videtur Deus, vt non tantum fortunæ, rerumq; fatis dominari feliciter videaris, ſed cuncta etiam in his terris tuo nutu moueri diuina ſic volente clementia comperiantur; vt poſt tot in terris his emerita meritorum præmia tibi etiam perennes illas beatorum ſedes omnino paratas vno ore fateantur omnes. Quare Maxime PHILIPPE innumeræ tuæ laudes celebrabuntur illę quidem non ſolum noſtris, ſed omnium penè gentium litteris, atque linguis, neq; vlla vnquam ętas de tuis ipſis laudibus conticeſſet. Quis credere mortalium poſſet quanta benignitate populos quoſque tuos etiam inuiſos proſequaris; quam amplis præmijs alios, atque alios ditioni tuæ neque parentes, neque tuas incolentes prouincias exornes, regijs muneribus ad te allicias; quanta humanitate, quantaq; alacritate ſingulos ad te è remotiſſimis etiam regionibus profici-

ſcentes

ſcentes excipias, quamque hilari fronte exultantes., ſolatosq; à grauiſſimo conſpectu tuo cũctos dimittas; quod proximis antea menſibus in ampliſſimis iſtis nuptiarum ſolemnitatibus tanta liberalitate in Sabaudianos, & alios multos teſtatum feciſti? Sed cum ingenij mei vires tuorum magnitudine meritorum PHILIPPE auguſtiſſime, tuarumq; laudum, quę ſe ſe offerunt ingenti mole premi videam, in qua ſe accuratè præſtantiſſima noſtræ ætatis ingenia iam exercuerunt tanto oneri impar, tantamq; prouinciam ſuſtinere poſſe diffidens (alio ad te loco reuerſurus) iam nunc tuæ dignitatis pręconio cedam. Hæc fuerunt, & ſunt CAROLE EMAN. tantæ tuæ dignitatis lumina, tuiq; nominis viuida exemplaria, in quę cõtinuò defixus ad eorum emulationem animũ tuum inuictiſſimum alta, eximiaq; inhiantem indies magis accendi videmus. Non eſt igitur quod in tanta tuorum claritate, & gloria Scipionis Numantini.; M. Marcelli; Horatij Coelitis, aliorumq; Priſcorum fortirudinem; Mutij Scęuolæ, Zenonis, & aliorum tollerantiam; Leonidis conſtantiam; Anchuri magnanimitatẽ; Maximi Marij; Cn. quæ Pompei felicitatem, Cæſaris gloriam, & aliorum plurium præclara geſta, dicta, & facta tibi ob oculos ponam, cum habeas, quos domi glorioſè imiteris, & non ab extraneis, ſed à tuis ipſis fortitudinis, prudentię, humanitatis, felicitatis, proſperæq; fortunæ, & gloriæ, omnium denique virtutum, quæ domi tuę abundè naſcuntur exempla petere poſſis. Quamobrem reſtat,

Ducis exẽplaria.

Carolus Em. Dux.

vt eorum laudibus aliqua iam in parte complexis ad te vnum tantæ lucis, tantiq; ſplendoris ſucceſſorem tandem aliquando mea ſe vertat oratio. Quę autem omnia in te vno conſpiciuntur Princeps feliciſſime ea ſingula maxima, excelſa, admirationeq; digna cernuntur. Tu enim primum cęleſti potius quodam

Deprehenſa in Duce myſteria.

fato, quam humana ratione ex matre prolem penè deſperante magna omnium populorum cum ingenti lętitia, tum etiam vehementi admiratione expulſis

Mater vni cum Carolũ Eman. genuit.

iam belli tenebris, omnibusq; pacatis ſolus & vnus procreatus fuiſti. Tu fermè iam mortuus, ac vitalem Deo auram redditurus in tanto omnium mero

Dux anno ætatis ſuæ 21. morbo Vercellis mirabiliter liberatus.

re, & lacrymis ſingulorum oculis, ac palmis ad cœlum erectis, precibus, & votis oblatis nobis à Deo Opt. Maximo, ſaluus & ſoſpes præſeruatus fuiſti. Idq; vigeſimo primo tuæ ætatis anno contigiſſe leui non ſine cauſa animaduerti; Tradiderunt enim peritiſſimi Philoſophi ſolertiſſimi reconditarum rerum ſcrutatores, vt quandoque didicimus in ſeptenario numero maxima, admirandaq; latere myſteria; Eo itaque tempore te nobis incolumem ſeruatum, id non aliter quam ſuperum nutu cõtigiſſe credendum eſt.

Dux poſt Beroldum vigeſimus octauus Anno 67. baptizat⁹. Quo tempore conualuit, eodem ſponſus nũciatus.

Memineris etiam poſt Beroldum huius Sabaudę familię primum in ſeptenario quoque numero (ſi hiſtoriæ credimus) te eſſe conſtitutum. Anno ſexageſimo ſeptimo in ſacro baptiſmatis fonte immerſum. Eodem etiam tempore ſponſum deſignatum atque nuntiatum, quo te vitę donatum vidimus. Illud tandem mirandum Martio te menſe tanto auſpitio

ſpicio nuptias celebraſſe, & volentibus ſic fatis perfeciſſe, quo menſe Adamum communem parentem formatum, Chriſtum conceptum, & mortuum quoque nouimus; Adeò vt cum te tanta admiratione, nunc intueamur non in his terris tenatum, ſed è cęlo potius ex Angelorum choris dellapſum exiſtimandum ſit; Quæ quidem omnia, ac alia, de quibus dicturus ſum propè innumera nūquam naturam, tam miro artificio effinxiſſe crederem niſi ipſum mundi opificem multò his maiora non modò præſtitiſſe, ſed & in poſterum præſtiturum de te ſentirem. Tu (CAROLE EMANVEL) anno auſpicatiſſimæ pacis quarto in Ripolarum caſtro natus, indeq; magna cura, ſtudio, & induſtria in ſacris moribus, omni religione, eximijsq; virtutum præceptis educatus creſcente ætate adeò mirum, & perſpicax ingenij acumen, felicem memoriam, eloquium admirabile pręſtitiſti, vt ſummæ, immenſæq; ſpei adoleſcens artes ferè omnes celſo Principe dignas ſuprà quàm ætas ferret mirâ celeritate, & alacritate didiceris, ac poſtea in mathematica diſciplina, omni hiſtoriarum genere, bellicisq; præceptis omnibus conſpicuus, & admirabilis euaſeris; vt mirandum minime iam ſit ſi artibus tantis ducibus, quæ tibi feliciter, cupideq; procedenti faſces quodammodo prætulerunt præclara litteratorum ingenia tantopere, tantisq; officijs, & præmijs ornare, promouereq; ſemper optaris; ſic te in virtuoſos omnes animatum præbuiſti. Tu Salluſtiani illius dicti non immemior Scipionem Africa-

Cum myſterio nuptia menſe Martio celebrata.

Carolus Em. Dux Ripolis natus anno. 1562.

Quib ſcientiis imbu⁹

Dux ī virtuoſos animatus.

num imitandum tibi propoſuiſti, quem maiorũ ima gines ſæpe intuentem ad virtutem magnopere accenſum belle teſtatur. Ita tu maiorum factis, dictisque æmulatione dignis ſępe animo repetitis, & ante oculos poſitis commoueris vehementer, atq; ad omnis probitatis gloriam mirum immodum excitaris. Hæc parit diutina ſcriptorum lectio, quã oblectaris; hiſtoriarum diligentia, quam appetis; ſcientiarum iucunditas, quam deſideras; quis enim ea, quæ à maioribus accepimus, quæq; continuò diſcimus, & retinemus omnia libris, ſcriptorumq; voluminibus deberi omnino non fateatur? Tu multa humaniſſime Princeps patre adhuc viuente, & ea quidem præclara geſſiſti; multos ad tuorum populorum ſalutem protegendam tunc ſubijſti labores; quampluribus fauiſti; multa à patre pro eis impetraſti, ipſisq; id paſſim teſtantibus obtinuiſti; nihil denique arduum, nihil laborioſum dummodo aliquibus aliquã poſſes in parte prodeſſe ſubterfugiſti. Tu pietatem, clementiamq; verè Principis propriam incredibili erga omnes humanitate profiteris, quam cum primam Imperatoris dotẽ eſſe deprehendamus meritò in te pręcęteris refulgere cernimus, de qua ad Honoriũ Auguſtum Claudianum poetam ſcripſiſſe ſic legimus, ſis pius in primis, nam cum vincamur in omni, Munere ſola Deos ęquat clementia nobis; Tu iuſtitiam virtutum omnium reginam, quæ clementiæ nõ contraria, ſed Ambroſio teſte vnum ſunt, quæ ſua cuique ſeruat, populos oẽs ab iniurijs, iniquitatibusque defen-

Ducis adhuc viuẽte patre erga populos humanitas.

Dux omnibus virtutibus clarus.

Iuſtitiã colit.

defendit; quæque magiſtratus, regna, & Imperia, facit eſſe perennia, qua ſola gubernantur, & conſer uantur omnia magnopere diligis; ſubiectis parcere, & ſuperbos debellare didiciſti. Tu liberalitatem, mu nificentiamq; iam ſatis omnibus notam, quę ex ami cis deuictos, ex hoſtibus amicos, ex alienis noſtros, ex infidis fidos facit, ac peregrinos, & in remotiſſi- mis quoq; partibus degentes ad dilectionem trahit, & allicit glorioſè profiteris; Nec illud etiam atten- dere te ſcimus multa fortè perdi, in caſſumq; cedere modo aliquid bene detur, cum vnum rectè poſitum multorum amiſſorum damna ſoletur. Tu vt de Alc xandro Seneca teſtatur nullorum beneficio vinceris, quod nuper in Hiſpania tanto teſtimonio compro- baſti. Tu inſuper ampliſſimis auctus diuitijs; Tu opu lentiſſimus: Tu omnium rerum affluentia abundás: Tu vniuerſa ditione deliciarum verè horto, omni- busq; bonis conſpicua felix: Tu in rebus agẽdis, exe quendisq; diligentiſſimus. Tu tanta equitandi peri- tia poles (et vera loquor) vt nullus ſigni potiundi, palmęq; haſta reportandæ certior, & agilior te ſit; nullusq; te armato, vel inermi, atque equum incitan te, & in gyrum reflectente vel pulchrior, vel viuidior eques ex tuis omni in quauis exercitatione appareat. Nemo tuorum eſt, qui te celeritate, vigilantiá, ſo- lertia, feſtinationeq; præcellat. Tu laborum patien tiſſimus, honoris & gloriæ cupidiſſimus, omnibus affabilis, omnibus benignus, tuorum quietis auidiſ- ſimus, ſtudioſiſſimusq; ſemper fuiſti. Quidquid

Dux liberalis.

Dux opulétiſſimus.

Strenuus eques.

agis, quidquid cogitas ad ſolam virtutis gloriam, ſubditorumq; vtilitatem perpetuò refers. Tuorum ſæpe commodorum, tuarum voluptatum, tuæque quietis plerunque oblitus ad eorum ſalutem, & bona ſemper inhias; vt verè CAROLVM à Cara, quod Arabum lingua fortem, atque inuictum, vt quidam non ab re arbitrantur ſonat, & verè EMANVELEM in terris, cuius nomen retines id eſt nobiſcum Deus & re, & opere te præſtes. Eſt autem præſens hæc mortalium vita procelloſo mari ſimilima tamquam ſimpliciſſima auis inter viſcum, & laqueos ſecurè volitans, tamquam piſcis inter amos ludens, inter plagas fera, ſæpe vbi periculi plus, & pauoris minus exiſtimans, ſpecie quadam voluptatis obiecta contraria plerunque ſequens; His tamen omnibus maturo iudicio agitatis omnia, quibus illa ætas capi ac delini-ri poterat, quibusq; retineri inuictiſſimus animus tuus etiam potuiſſet euitaſti, atque fugiſti, vt ea omnia, quæ remorari cęteros ſolent te ab inſtituto non retardarint; adeò vt poſt tot, tantaq; præſtita probitatis ornamenta te glorioſum, celſumq; Principem, & quouis altiori ſceptro dignum omnibus ſuſpiciendum præbueris, atque reddideris. Tu ipſe CAROLE EMAN. tanti Herois filius, ſummæ admirandæque ſpei adoleſcens ad omnem virtutis, gloriæq; candorem natus hoc bene auſpicato cognomento dignus ab illuſtri indole ea præſtitiſti, quæ verè non alio quã te digna fuerunt, adeò vt verè Deus ipſe rerum omnium bene gerendarum ſpem tantam, quam cernimus

Caroli & Emanuelis etymologia

Dux illecebris nullis remoratus.

mus

mus in te vno non ab re conſtituiſſe meritò credatur. Alijs ego te virtutibus continentiæ, grauitatis, comitatis, fidei; cæteriſq; ſimilibus celſæ tuæ domus alumnis, quibus luctando, ioculando, venando otio vacare poſſes præfulgere ſcio, vt verè te illū eſſe fatendum ſit, in quo virtutes omnes ſuum collocaſſe domicilium iure optimo videantur. Habeat interim poſteritas omnis tuo, & maiorum munere ad ſolidæ, veræq; laudis exemplum quod domi, militiæq; fęliciter imitetur, & diſcat, vt nequaquam ambitioſo rerum inanium titulo, verùm factis illuſtribus non adumbratæ, ſed certiſſimæ gloriæ fructus quęratur. Tu potentiſſime Princeps, Nicęam pręclarā, antiquam, nobilemq; ciuitatem in Narbonenſis Galliç, & Liguſtici maris finibus poſitam, à Maſſilienſibus olim conditam, inexpugnabili, munitiſſimoq; propugnaculo inſignē, vbi Herculis Monocci portus, cui nunc Villæfranchæ nomen eſt adiacet, omnemq; Nicænum comitatum vaſtum, & amplum. Tu Aſtam ciuitatem pulcherrimam, atque lætiſſimam celeberrimis nundinis claram, quò tantus mercatorum concurſus ſingulo ſemeſtre vndique fieri ſolet, vt non modò Italiam totam, adiacenteſq; prouincias, ſed omnem quoque Europam eò conuenire affatim videamus: Vniuerſum etiam illius comitatum ampliſſimum, & nobiliſſimum; cuius caput nobilis patria mea extat Claraſcū oppidum muris vndique ſeptum, forti caſtro, ſituq; munitum, mira, recta, & ampla, viarum ſtructura tanto artificio diſtin-

Ducis potētia.

Nicæa.

Portus Villefrancha olim Herculis Monocci.

Aſta.

Claraſcum

ctum,

ctum; In montis cacumine poſitum, ipſum tamen planum, vndique aſcenſu difficile, & arduum ea excepta parte, qua meridiem verſus planitie terminatur; communi hominum conſenſu omnium quotquot tota capit Italia ſitu, aere, conſtructione, & amœnitate (Vnde Claraſci à Claro nomen fuit inditum) longè pulcherrimum: grani, vini, omniumq; fructuum feraciſſimum; finibus, & agris mirum in modum diſtentum; Venatione, & piſcatione conſpicuum: lata planitie inſignem; Duobus ingentibus fluminibus Tanaro, & Stura pepetuò decurrentibus cinctum; proximorum ad orientem collium amœnitate iucundum; Tranſeuntibus denique omnibus ſummopere delectabile; olim ædificiorum elegantia, populi nobilitate, frequentia, fortitudine, opibus, & virtute clarum; hodie tamen tot, tãtisq; & aſſiduis bellorum calamitatibus ſuperioribus annis perpeſſis, quibus reſpirare iam vix poteſt demiſſum, ædificijs multis, quæ ſolo ęquata paſſim conſpiciuntur mancum, & excelſa illa gloria longè diminutum.

Vercellæ. Eporredia. Bugella. Auguſta, Pratoria. Monſregalis.

Vercellas; Eporrediam; Bugellam nobiliſſimas, antiquiſſimasq; Ciuitates: Auguſtam Prætoriam Romanis olim cognitam, & ad alpium radices poſitã, maximamque eius ditionem: Montemregalem regalem verè, & hercle regalem ciuitatem ampliſſimam, ditiſſimam, populo numeroſiſſimam, ac ſubalpinæ regionis decus, & ornamentum.

Caua Marchionatus ab Othone erectus anno 997.

Cauæ Marchionatum ſanguine illuſtrem, & ab Othone Cæſare anno noningẽteſimo nonageſimo ſeptimo erectum,

erectũ, agrumq; Cæuanũ latè protenſum: Cuneum Foſſanum, Pinerolium, Sauillianum, Cherium, totque alia inſignia oppida, vrbes, & municipia, muniтiſſima propugnacula; Tot Regiones, & loca, Ingentem hanc Pedemontium patriam ſubalpinam Galliam olim appellatam ad Inſubres vſque, & ligures protenſam, lac melq; fluentem, hortis vel campis elyſijs tanta amęnitate, & vbertate ſimilimam. Vniuerſam demum Sabaudiæ ditionem pulcherrimam, & ampliſſimam: Tot gentes, tot populos nutui tuo parentes gloriosè, pacificeq; magna cum omnium quiete, & admiratione poſſides, vt non leuem iſtam inter omnes homines poteſtatem tibi diuinitus dellatam plures inuidere, ac admirari cogantur. Tu munitiſſimam hanc tuam, & inexpugnabilem Taurini Acropolim ab Emanuele quõdam Philiberto patre tuo inuictiſſimo maximo ſumptu conditam, rebus omnibus ad rem bellicam neceſſarijs inſtructam, tutiſſimum patriæ huius propugnaculum; Italię Ianuam; præclara profundi, & ampli putei magna arte conſtructi; ædificiorumq; elegantia; itemq; bellicorum inſtrumentorum apparatu toto terrarum orbe memorabilem; Blaſij Mentoni conterranei mei eius præfecti viri vigilantiſſimi, & in re militari ſolertiſſimi diligentia, cura, ſingulariq; ſtudio ſex ab hinc annis cuſtoditam feliciter admiraris; Cuius Præfecti illa ſumma gloria eſt quod etſi nobili loco ſit natus, non tamen inuidioſa, diuitiarum magnitudine, non eblanditis, emendicatisq;

Cuneũ Foſſanũ, Cherium, Pinerolium, Sauillianũ

Ped montium ſubalpina Gallia appellatum.

Sabaudia.

Taurini vrbecula.

Blaſij Mẽtonus Claraſceſis gubernator.

Prin-

Principum comendationibus,non alijs fortunæ muneribus, quæ in caſu omnia ſita ſunt, temporibusque gubernantur viam ſibi ad eum locum cõquiſierit; ſed illa virtus, infracta animi magnitudo, & pręſtantia, quæ illum ab ipſis incunabilis ſuſceptum perpetuò comitata eſt ad ſummum illud gubernaculi faſtigium ſolo tuo nutu glorioſè euexerit. Pulcherri-

Turinum. mam hanc Turinorum Auguſtam à Phaetonte Phębi filio (vt quidam volunt)conditam ciuitatem antiquiſſimam; Cælij ſecundi patriam,olim Iulij Cæſaris beneficio Romana ciuitate Dyone teſte donatam; vrbem ditiſſimam, munitiſſimam, exterarum vndiq; gentium frequentia celeberrimam; omnium artiũ; artificiorumq; genere inſtructam; mercibus abundantem, regione fertilem; Domibus, & templis ſuperbam; nobilitate claram, virtutibus omnibus ornatam; loci amęnitate, frugum, & fructuum varietate affluentem; Camporum planitie diſtentam; Arborum ferarumq; quantitate florentem; Nemoribus gratam; Aquis irriguam; lęta proximorum collium, pulcherrimarumq; villularum voluptate,& delicijs ſuauiſſimam; Padi nauigabilis fluminis perpetuo, leniq; decurſu opulentam; Totius patriæ emporium; omnibus denique rebus inſignem tua virtute, atque prudentia vehementer auctam, paulatimque renouatam, & tua præſentia admodum lætantem, indiesq; creſcentem amplificas, conſpicis,& intueris. Florentiſſimã hanc huius vrbis Academiam

Taurini Academia. alterum Athenarum Areopagũ, & quaſi muſarum

exer-

exercitum, tot conſpicuis viris omni ſcientiarum genere præditis ornatam; veram virtutum altricem, & eminentiſſimorum virorum gloria omni æuo ſuperbam mira cura; impenſaq; alis, foues, & ſuſtines; Ex qua quidem, tamquam ab equo illo Troiano tot legum corypheos, tot alta philoſophiæ culmina, tot clariſſimos Proceres prodijſſe vidimus Balbos, Purpuratum, Cagnolum, Crauettam; & alios vbiuis gentium peritiſſimos, vt eorum aliquos ad Reipublicæ gubernacula euectos, alios ad magiſtratuũ regimen; tumq; ad ciuilium, tum capitalium quæſtionum iudicia magna cum integritate & laude aſſumptos; nonnullos verò in literaria palæſtra adeò inſignes cognouerimus, vt ad ipſos non ſecus atque ad Apolinis oraculum, vel ipſas etiam ſybillinas ſedes è remotiſſimis vſque terrarum finibus ad vota, conſiliaq; capeſcenda ingens hominum multitudo vndiq; conflueret, adeò vt vniuerſum mundum eorum doctrina ſic illuminatum, & eorum, tuamq;, ac maiorum tuorum famam æternitate tali conſecratam cernamus, vt nulla temporis iniuria interire iam poſſe videatur. Beneuolentiam populorum tuorum (Inclyte Princeps) qua te mirum inmodum proſequuntur, ſingularem animi propenſionem, deuotionemq;, & ſtudia in te ſua quid eſt quod manifeſta faciam? Quid eſt quod firmam, & certam populorum perſeuerantiam, Vercellarum, Foſſani, Nicęæq; conſtantiam, & inauditam Cuneatium erga maiores tuos fidem tranſactis belli temporibus re

Populi beneuolentia.

Cunei fides belli tẽpore demõſtrata.

F ipſa

ipſa non vulgariter patefactam commemorem? cũ duriſſimis belli calamitatibus vexati, tot laboribus attriti, tot ab hoſte vulneribus, iniurijsq; captis vix in tantis moleſtijs reſpirantes propriam eorum, vxorum, & liberorum, rerumq; omnium ſalutem promiſſæ tuorum maiorum fidelitati conſtanter, & intrepidè poſtpoſuerint, ſeq; poſt crebras oreteſius actas cum hoſte pugnas famè potius conſumi, quam in hoſtium poteſtatem dedere maluerint? Quid eſt item, quòd ſingulares animi affectus tam patre viuente, quàm eo mortuo indicatos recenſeam? Dum enim duobus ſuperioribus annis æſtatis tempore feruentibus in immenſum caloribus improuiſo morbo Vercellis detinereris, quo mœrore, qua triſtitia affectos, quo animi dolore conciſos populos quoſq; tuos vidimus? Quot ad Deum preces, quot orationes, quot tollerata ieiunia, quot vota reddita, erecta ſimulacra paſſim nunc templis affixa, quot pro ſalute tua recipienda facta, & attentata tũc intelleximus? Quãtus ad te viſendum factus amicorum, familiarium, Regulorumq; concurſus? Quo animi feruore, qua alacritate, quoque tui ſubleuandi deſiderio Carolum illum Borromeum Cardinalem ampliſſimum tanti nominis, tantæq; ſanctitatis præſulem nuper comuni chriſtianæ reip. dolore, & lacrymis è medio ſublatum, & æternæ lucis iampridem auidum ex his terræ tenebris ad perennem illam beatorũ patriam tot actis, & tolleratis iam ante promeritam euolatum; Franciſcumq; Panigarolam concionatorum omniũ

Carolus Em. Vercellis febre corrept' anno 1583.

Cardinalis Borromeus & Panigarola Ducẽ ægrum inuiſentes.

noſtri ſeculi ornatiſſimum, & celeberrimum, omniumq; admiratione inſigne, ac ipſam Demoſthenis, imò Beati Pauli facundiam diſertè ſpirantem tibi coniunctiſſimos, aliosq; complures, quo præſenti officio ægritudini tuæ opem ferrent longis itineribus ad te acceſſiſſe, protinusq; eorum acceſſu Deo iuuante te ſubleuatum vidiſti? Memini repentè perlato quodam die de tua inſperata ſalute ad Taurinenſes, aliasq; gentes nuntio heu omnes lacrymis confectos, mœrore pallidos, ſupinis ad cœlum manibus, elatis, curuisq; humeris, tortis oculis, ingentibus ſuſpirijs tantam proximam calamitatem deplorantes vidiſſe. Lugebat tunc Senatus, mœrebant ordines, tota ciuitas cōfecta ſenio erat; ſqualebant municipia; afflictabantur oppida, ægri denique ipſi tam benignū tam præſtantem Principem populorum ſuorū ſpē, atque ſolatium; æternam maiorum nominis memoriam; ſubſidium generis; ampliſſimæ familiæ, & ditionis hæredem, deſignatum iam CATHARINÆ AVSTRIACÆ ſponſum quaſi iam extinctum deſiderabant. Quid plura? Omnia eo tempore triſtia, demiſſa; omni ſolatio, atque lętitia deſtituta, in maximos luctus, miſeriasq; coniecta, nubila tempora, perturbatus aer, pallidus ſol, turbida, tetraq; cuncta cernebantur, vt & verè Deos ipſos tantæ mœſtitiæ participes, noſtrorumq; malorum miſertos penè diceres; Audeoque illud dicere nunquam ab vlla hominum memoria aut Regem vllum amicum, & propinquum; aut vllum exercitum Ducem, aut vl-

Populi tūc mæſtitia.

Optima valetudo à Deo Duci reſtituta.

lam ciuitatem ciuem ſuum morte ſublatum vel grauiore mœſtitia, vel vberioribus lacrymis honeſtaſſe; vt te adhuc ſpirantem populus iſte fecit. Sed eia breui interuallo (omnibus iam ante, fruſtra tamen tentatis remedijs) non huma arte, ſed Dei à quo cuncta pendent clementia omnibus in gaudium conuerſis tot lacrymis, tot ſuſpirijs flexus, & precibus noſtris annuens Chriſtus exanimem ſuſcitauit, quem penè extinctum deplorauerasmus, adeò vt exultantes demum meſſuerimus omnes, quod lacrymantes, ieiunantes, & vouentes iampridem ſeminaueramus; ac demum tantis rebus afflictis Deorum fato conſultũ benignè fuerit. Sed hæc quidem pauca, maiora enim auditurus; & pro tempore viſurus es. O te ergo ſupra vota feliciſſimum Principem, Fortunatiſſimum Heroem; Hominibus, Diiſq; gratiſſimum adoleſcentem; fortitudinis, omniumque virtutum exemplar; Poſteritatis, omniumque ſeculorum perennẽ gloriam; admirabile ſydus, maiorum decus, & nominis tui, feliciſſimum propagatorẽ. Quare Princeps ſereniſſime, ne mei inſtituti oblitus, & ſi de te plura dicenda ſuperſint quam à me dicta, tactaque fuerint, cum tanta, tamq; alta, quæ ſe ſe de te enarranda offerunt, quæ oratoriam facultatem ſummorum hominum ſtudijs, exercitationibusque cultam deſiderare noſcuntur, quæque ſciens, prudensque prætereo proſequi nequeam reſtat, vt ad publicam hanc lætitiam, ſummáq; hilaritatẽ, gaudiũ, triũphos, & feliciſſimos hymenæos mea tandẽ proficiſcat oratio. Memorabili itaq; illo ſuperioris anni auguſto mẽ

ſe,

ſe, quem conſultò nomino milleſimi quingenteſimi octuageſimi quarti tantæ felicitatis auſpicatiſſimi; te apud Sabaudos populos moram trahente ad Auguſtam tuam Taurinorum metropolim tuarum nuptiarum cum CATHARINA glorioſiſſima, & elegantiſſima Philippi Hiſpaniarum Regis filia magna cum omnium & lętitia, & admiratione initarum gratum nuntium allatum fuit; eoque ſtatim per totam ditionem paſſim promulgato tantam lætitiam, tantamq; voluptatem vniuerſis peperiſſe nouimus, vt omnium exultantes animos mira iucunditate, & hilaritate mirum immodum ſubindè expleuerit. Ex templo publicæ lætitiæ ſignis populis nuntiatis maximi exauditi paſſim applauſus, grata colloquia, læta tripudia, fauſtę acclamantium voces; ſuaues, dulceſque cantus; ſonori campanarũ tinnitus. Hanc tantam publicam lætitiam declararunt vbique inſtructę militum cohortes aſſiduo ſclopetorum ſono, atque ſalutatione gaudium excitantes; Tot Deo redditæ preces, & gratiarum actiones; tot inſtitutæ per vrbes, per oppida, per agros publicæ, ſolemneſque, & quales antea viſæ non fuerant ſupplicationes: tot applauſus feſtis ignibus, & tormentorum bombis ex caſtris, propugnaculis, promontorijs, celſisq; mõtibus patefacti; tot puellarum feſtiuæ choreæ; tot amicorum conuiuia; tot lautiſſimæ hîc, & illic factæ familiarium comeſſationes; Infantes denique ipſi mira cupiditate geſtientes per vicos, per domos, per vias Sabaudiæ, Sabaudię nomine ad ſydera elato per-

Quo tempore nuptia populis nũtiata.

Populorum applauſus.

Per vniuerſam patriã lætitia ſigna.

cur-

currentes declararunt. Exultabant tunc gentes, læ-
tabantur populi, geſtiebant, efferebantur cuncta,
fauſtis acclamationibus omnia perſonabant; adeò vt
tātā lætitiā ſingulorū oculis, vultu, ſermone, omniq;
ſignificatione declaratā; nec domibus, nec tēplis, neq;
alibi locorum quieſcere poſſe diceres, ac maximè læ
tos, curioſeque diuagantes paſſim circumſpicere-
mus omnes. Hæc omnia qualia fuerint, & eſſe potue-
rint paucis inde diebus te è Sabaudia redeunte aper-
tè cognoſcere potuſti, cùm tuo illo in vrbem ingreſ
ſu fauſtis tormentorum bombis indicato tantus in te
omnium excitatus amor fuit, tantum tui viſendi cu-
iuſque auctum deſiderium, vt ſumma omnium ala-
critate ingreſſus tantam lætitiam apertiſſimis argu-
mentis iam antea declaratam, & eorum animis eua-
gantem tot ignibus, tot luminibus nocturno tem-
pore emiſſis, tam fauſta tot accenſarum facularum
per aera volantium grandine, tot campanarum, &
pulſantium ſtrepitu, tubarumq; clangoribus con-
firmare voluerint. Quis quæſo ciuium, quis iuuen-
tutis, quis nobilium ingentem illam turbam veſper-
tino tempore tanto concurſu ad Regiam confluen-
tem, ſenſimq; ſubintrantem, quæ tibi cęnanti mira
alacritate pręſto fuit, vt tui tātum aſpectus intuitu re-
creari poſſet, magna cum voluptate, & gaudio non
intueretur? cum apertè diceret quiſque illinc ſe tunc
non diſceſſurum, nec nocturnæ quietis inſomnia ę-
quo animo ſubiturum, niſi tandiu optatam oris tui
maieſtatem contēplatus quoquomodo fuiſſet? Quid
dicam

Taurinenſiū ad Ducem è Sabaudia redeuntē gratulatio.

Taurinenſes Duce cænante Regiam turmatim intrant.

dicam repentinum illum tuum Cariniano aduẽtum dominico die quinto Cal. Auguſti meridiana hora in ciuitatem per nouam portam nemine id cogitante factum? Quid quantam tibi alacritatem Taurinenſium animi tunc attulerint; vbi tantus extẽplo excitatus fuit omnium tui viſendi cauſa cõcurſus ex vijs ſpeculis, feneſtris, omnibusq; locis; vt non tantum vicos ipſos puellis, matronis, & cuiuſuis generis hominibus fauſtis acclamationibus tibi gratulantibus plenos, ac præpeditos videremus, ſed tua illa etiam hoſpitia, ipſarum viæ, proximiq; omnes penè aditus pleni etiam, ac preſſi illuc confluentium multitudine conſpicerentur, donec ciuitatis, ac aulę apparatibus celeri ſpatio perluſtratis eodem die Carinianum ad ſponſam omnibus bene precantibus redijſti? Arbitrabantur certè omnes ingentes eorum in te animi affectus, eximiamq; lætitiam ex tuis hiſce nuptijs ſingulorum animis conceptam tibi exploratam fore, vt tamen re ipſa omnia tibi manifeſta facerẽt eo non contenti in certiſſimum eorum in te obſeruantiæ, & propenſionis teſtimonium ſingula oppida, ciuitates, & caſtra nuntios, certosq; legatos mira celeritate re ipſa perſpecta ad te deſtinare voluerũt. Quos partim in Sabaudia, partim in itinere tu ipſe obuios, & ad terram pronos tibi mirum in modum gratulantes habuiſti. Aduenit ad nos CAROLE EMAN. tuarum nuptiarum nuntium felici illo, & lęto tempore, quo comparatis terræ fructibus, alijsq; matureſcentibus iam quieſcere, & gaudere cuncti conſueuerunt.

Die 28. Iulii Dux ex improuiſo Taurinum ingreditur.

Legati ex ſingulis ciuitatibus, & oppidis ad Ducem miſſi.

Matrimonium auſpicato tẽpore emanatũ.

uerunt. Aduenit Auguſto menſe, quo etiam ciuitatem ingreſſa ſponſa tua fuit, non ſine magno hercle myſterio, omnia nobis auguſta, proſperaq; denũtians; vt enim Octauio Cæſare primùm conſulatum adepto, & in vrbem triumphos inferente, ac Ægypto in populi Romani poteſtatem hoc menſe redacta, fineq; ciuilibus bellis tandem impoſito authore Romano Senatu menſis iſte, qui ſextilis antea dicebatur auguſtus appellatus eſt tamquam Imperio feliciſſimus fuerit; ſic nos meritò auguſtum, & nobis auſpicatiſſimum tamquam diuino id fato contigerit, & prædicare, & venerari debemus. Aduenit in maiori totius mundi tranquillitate, pacatis ſedatiſq; penè omnibus totius Chriſtianę Reipub. diſſentionibus, vt de Chriſto quoque nato accepimus, ex quo vt ille mortalium ſalutem, ſic hunc nobis omnibus quietem, pacemq; perpetuam in æuum duraturam allaturum ſperare debeamus. Aduenit nitente cęlo, aperto, & ſereno tempore, lætaq; paſſim agrorum vbertate, vt verè omnibus notum fieret has nuptias, hácque publicam lætitiam, de quà tibi gratulantur omnes etiam Deorum immortalium iudicio comprobari. O iucunda itaque tempora. O ſummam & inauditam populorum lętitiam. O menſis auguſte quam fauſtam, ac felicem nobis, poſteriſq; noſtris tui memoriam reliquiſti? O auſpicatiſſimè ſextili non minus nobis, quam Romanis grate, & memorabilis. O portenta, ò arcana, ò abſtruſa, & recondita naturæ myſteria, cùm quo tempore priſtinæ vitæ donatus,

Auguſto menſe venit nuntiũ & Tauriciũ ſponſa ingreſſa.

Matrim. tranquillo tempore euenit.

Nuptiæ Deorum iudicio comprobatæ.

tus, eodem quoq; ſponſus deſignatus Princeps ipſe fuerit. Quæ nam igitur ſtatuæ CAROLE EMAN. qui arcus, quæ columnæ, quæ trophæa tuo nomine digna in tantę rei memoriam ne dicam erigi, ſed excogitari humana mente poterunt? Quam optas maiorem tuorum ſubditorum beneuolentiam, quam in te omnium animi alacritatem, & propenſionem? Qui fortunas, qui opes, qui bona omnia quæ habet, qui animi denique intima elargitur is quidquid in ſe eſt præſtare videtur, nec maius exhiberi poſſe credo amoris teſtimoniũ. Populus iſte tuus, ciuitates, oppida, caſtra quæq; tua quid eſt quod in felicẽ, ſplendidũq; tuæ dulciſſimæ coniugis aduentũ, regiũ apparatum, tantæq; rei maieſtatem non pręſtiterint? Quos comeatus, quæ auxilia, quas opes non obtulerunt? Maximam, & ingentem pecuniarum quantitatem in ſtudiorum erga te ſuorum argumentum læto, gratoq; animo ad nominis tui gloriam augendam, atq; efferendam, ad ſplendoris tui famam celebrandam, ad tantos, regioſq; ſumptus denique ſuſtinendos tibi mirifica liberalitate donatam vidiſti. Quid patriæ huius Nobiles, heroeſq; ſplẽdidiſſimi pro tãtę rei magnificentia non egerunt, ac demonſtrarunt? Quibus ſumptibus, quibus expenſis, quibus difficultatibus, quibus viarum, itinerumq; moleſtijs etiam duriſſimis, vt exitus demonſtrauit pepercerunt? Qui domibus, vxoribus, liberis, quibus nihil eſt in hac vita iucundius, omnibuſq; commodis ſpretis, atque relictis, quo intentioribus te ornarent ſtudijs nulla, vel

Populorũ liberalitas erga Ducẽ

Feudatariorũ, & patriæ nobilium ſtudia.

minima adducta excuſatione te feliciter chariſſimæ, & nobiliſſimę coniugi obuiam Hiſpaniam vſq; euntem ad dignitatem tuam ornandam, & præſenti ſtudio augendam comitari certatim voluerunt? Hęc non mea tantum, ſed omni omnium prædicatione maiorą fuerunt, quæ tu ipſe & re, & verbis, & ſingulorum animis, vt latius ſuo loco dicam comprobata vidiſti. Sed cùm tu hæc omnia & dictis maiora ipſis tuis oculis cognoueris, quantaq; cum dignitate, diligentia, tollerantia ſinguli ſingula ſuſtinuerint notum & exploratum tibi ſit, quid opus eſt præſertim apud te agentem pluribus verbis exponere? Lætare itaque Princeps glorioſiſſimum nomen tuum tam altè hodie elatum, familiam tuam tanto ſplendore adauctam, lætare te fortunatiſſimo hoc ſeculo tali Regi maximarum prouinciarum Regi, Regum omnium maximo, & potentiſſimo vniuerſi orbis Primati eſſe tanta affinitate coniunctum: Lætare primam totius mundi filiam morum ſuauitate, potentia, virtute opibusq; inter clariſſimas quaſque eminentem tibi in tanto totius Italiæ applauſu eſſe deſpõſatam. Lætare iterum CAROLE EMAN. felicium omnium feliciſſime, qui vno omnium vniuerſarum Hiſpaniarum Principum, Procerumq; conſenſu, exultatione, atque tripudio dignus præceteris habitus fuiſti, qui cũ CATHARINA AVSTRIACA Catholici Regis filia vna omnium pietate, forma, litteris, nobilitateq; lectiſſima rara quadam mutæ ſortis felicitate iungereris. Lętamini eia populi; lætamini

Ducis lætitia.

mini gentes; lętare Sabaudia; lætare Pedemontana regio; lætamini vrbes, oppida, ciuitateſque omnes tanta perpetuæ quietis, certiſſimaq; ſpe hoc tempore adauctę. An ne putas Magnanime Princeps tãtam hanc lætitiam non nobis tantum, ſed vniuerſæ Italiæ, adiacentibusq; prouincijs eſſe communem? An ne vidiſti tot Principes, tot Regulos, totque Reſpublicas, quibus omnibus tamquam fores ad beneuolentiam tuam tanta humanitate, totque modis iam ante aperuiſti ingentia eorum erga te ſtudia multis iam argumentis tibi feciſſe notiſſima? Quot legatos, quot cómites, Marchiones, quot ſummæ nobilitatis viros; Quot Præſules, quotque ampliſſimos Cardinales ex tota Italia, alijsque regionibus tot peragratis itineribus, tot luſtratis municipijs ingenti alacritate tantas tibi nuptias, & adauctam affinitatem ante tuum in Hiſpanias receſſum gratulantes habuiſti; quos & à te mirifica liberalitate, eximioq; ſplendore peramanter ſuſceptos lætos, & ſummè exultantes, tantam humanitatem, affabilitatem, munificentiam, maieſtatemque celebrantes, & admirantes tuam magna omnium oblectatione dimiſiſti? Scio me in rebus omnium admiratione celebratiſſimis verſari, atque ea quæ dico, dicturuſque ſum notiora omnibus eſſe, qui in regia tua Aula, cæteriſq; eximijs apparatibus tunc adfuerunt, quam mihi, qui domeſticis curis, aſſiduoq; ſtudio domi detentus adeſſe nõ potui, quę profectò ſi oculata fide perluſtrare licuiſſet ampliori, fideliorique orationis teſtimonio ſingula comprobare

Totius Italiæ ad Ducem gratulatio.

Dux in legatos ſplendidus & liberalis.

contendiſſem; Illis tamen qui me longius ab his omnibus abſuerunt orationem forte meam, leniterque delibata, atque olfacta qualia qualia; certa tamē indicia aliqua ſatis in parte facere, eorumq; votis arridere non dubitabo. Tranſeamus nunc in Hiſpanias, & Catholico Hiſpaniarum Regi maximo maximarumq; prouinciarum Regi potentiſſimo, & glorioſiſſimo gratulemur, illiusq; tam altum, tamque ſublime, & excelſum ſolium nulli hodie ſecundum ſalutemus, ac veneremur, vt maximos triumphos, tantosque regionum illarum applauſus (quæ ſingula aliàs tempeſtiuè proſequemur) animò cogitationeque complecti poſſimus. Hiſpania Iberia olim appellata, ac poſtea ab Heſpero Athlantis fratre, vel vt tradiderunt alij ab Hiſpali vrbe; vel Hiſpano, ſeu Hiſpalo decimo Rege, ſic demum nuncupata; Regio eſt Europæ pulcherrima, atque amęniſſima à montibus pyreneis incipiens, per Herculis columnas circumiens in Borrealem vſq; oceanum protenſa, quæ ea excepta parte, qua Galliam contingit tota mare aluitur; amplitudine, longitudineque maxima; Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, aromatum, metallorumq; feraciſſima; viris ſolertiſſimis in re tam bellica, cum etiam litteraria eminentiſſimis clara. Aſſidua nauigatione maximis opibus, pecunijsq; aucta. Oppidorum, Ciuitatum, Regionum, atque Regnorum eximia pulchritudine celeberrima; Multorum Principum, Marchionum, & Ducum nobilitate inſignis: Moribus & inſtitutis

Ad Philippum Hiſpaniarum Regi gratulatio.

Hiſpania.

tam

tam præclara; Religione, cultuq́; diuino tam feruẽs, diuinarum denique legum tam obſeruans, vt omnes chriſtianæ reipub. prouincias facilè ſuperet. Hanc tradiderunt veteres in Romanorum ditione, ac poteſtate poſt Cartaginenſes conſtitutã maximis rebus geſtis, victorijs, triumphisq; potitam. Hiſpaniam autem rem altius repetentes, vt ex antiquorum, & recentiorum ſcriptis delibare licuit poſt Romanos à Gothis primùm inuaſam, & poſſeſſam legimus, qui cùm totam penè Italiam ferro, flammisq; vaſtaſſent, Regniq; ſedem Rauennæ locaſſent à Iuſtiniano Cæſare (vt credunt aliqui) ab ea expulſi cum Sigerico eorum Rege in Hiſpanias ſe receperant, ac vniuerſo Regno vſque ad Rodericum vigeſimum quintum ipſius Gothorum gentis Regem potiti fuerant, donec à Iulliano comite extra Regnum legato à Roderico miſſo anno ſalutis ſeptingẽteſimo decimo quarto propriæ filiæ à Rege ſtupratæ iniuria Sarracenorum auxilio vlta fuit; Quo tempore ſeptingentis millibus hominum in bello vtrinque iam mortuis, Sarraceni vniuerſam Hiſpaniarum monarchiam vſque ad Ferdinandum tertium Roderico expulſo retinuerunt. Ferdinandum verò ex Pellagij linea deſcẽdentem (erat enim Pellagius Roderici patruus, qui Aſturiæ, & Gallitiæ Regnum à Sarracenis illuc compulſus vſque ad Ferdinandum ſemper retinuerat) & Regem à Pellagio vigeſimum octauum anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo totam Hiſpaniam, tandem fauente fortuna, ſibi ſubieciſſe,

Hiſpaniarum Regñ origo vſq; ad Philippum nunc Regem.

Iullianus comes author expellendi Gothos.

Ferdinandus tertius Sarracenos ex Hiſpania pellere cœpit.

Sar-

Sarracenis in Beticam ſiue Granatam coactis accepimus. Poſt hæc autem omnia, poſtq; Vandallorum, Allanorum, Siſebuti, Suintillæ & aliorum pugnas, ac diſſentiones conſtat Ferdinandum eius nominis ſextum Aragoniæ Regem, à Pellagio trigeſimum nonum tota Hiſpania Sarracenis penitus purgata anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto Regni ipſius monarchia, poſt Neapolitanum, & Siciliæ Regna deuicta pacificè demum potiri cœpiſſe. Qui cum Margaritam Auſtriacam Maximiliani Cæſaris filiam Iohanni proprio nato copulari curaſſet, ac poſt filio ſe viuo ſine prole defuncto (Margarita ipſa vidua Philiberto ſecundo vigeſimo tertio Sabaudiæ Duci inde deſponſata) Philippum Auſtriæ archiducē Maximiliani Cæſaris filium Margaritæ fratrem ſibi quaſi adoptans cum Iohanna ipſius Ferdinandi filia etiã Regni ſceptris relictis matrimonio tandem collocauit. A quo inde Philippo natos Carolum, & Ferdinandum filios, hunc Auſtriæ Archiducem, illum Cæſarem creatum Carolũ Quintum dictum, & à Ferdinando materno auo (Philippo patre præmatura morte antea extincto) teſtamento prius hęredem inſtitutum. A Carolo V. ſucceſſiuè PHILIPPVM Regem nunc incomparabilem Hiſpaniarum Monarcham deſcendiſſe nouimus. Hac igitur ratione diuina prouidentia, & fato in auguſtiſſimam, feliciſſimamque Auſtriacam domum Hiſpaniarum Monarchiã perueniſſe, illãq; hactenus pacatiſſimè ab inuictiſſimis illis Heroibus poſſeſ-

Ferdinandus ſextus Aragoniæ Rex Pacificè tota Hiſpania potitus.

Margarita Auſtriaca Iohanni Ferdinãdi filio deſponſatur. Inde vidua relicta Philiberto Sabaudiæ Duci.

Ferdinandus Philippo Auſtriaco filiã matrimonio dat, & Regni ſceptra relinquit.

Carolus V. à Ferdinãdo materno auo hæres teſtamento inſtituitur.

poſſeſſum fuiſſe comperimus. Nobiliſſimæ itaq; & potentiſſimæ Auſtriacæ Hiſpaniarum familiæ enarratione ſatis, ſuperq; omnibus nota omiſſa, altiusq; non repetita, ne vager latius, & quam conueniat longius digrediar adeamus iam feliciſſimum, & glorioſiſſimum PHILIPPVM Hiſpaniarum Regem tanta hodie lætitia, tantaq; hilaritate exultantem, vt gaudio penè confectus longiores annos, feliceſq; rerum ſucceſſus incredibili omnium deſiderio ſit expectaturus. Tempus iam eſt oceanum mare felicibus auibus ſulcare, ampliſſimaſq; & latiſſimas illas oras peragrare. Ingrediamur ſi libet Regiam aulam, lætoq; animo introeuntes accedamus, videréque licebit res memoratu dignas, viſu mirabiles, dictu incredibiles, relatione dulciſſimas, & poſteris ſemper prædicandas: Illa æquidem omnia non leuia, ſed grauia; non exigua, ſed maxima; non triſtia, ſed iucundiſſima; non exilia, ſed celſa, incredibili candore, & pōpa nitentia; ſingula tandem omnia ampla, præclara, inuſitati exempli plena, humanas propè vires excedentia; tanto Rege, tanto Heroe digna, & ſumma admiratione mortalium oculis ſuſpicienda, quæ verè non aliunde, quam ex celſis illis ędibus haurire licet comperiemus. Sed quis mortalium quæſo tantam ſolij illius maieſtatem omnibus modis incomparabilem; tantam Regis potentiā nulli hominum ſecundam; munificentiam, & humanitatem omnibus iam gentibus notam; Tantam Aulicorū grauitatem, ſeruientium fidem, populi religionem, tot

Hiſpaniarum Aula maieſtas.

Prin-

Principum & Ducum frequentiam toto orbe admirabilem non obſtupeſcet? Quis Curiæ ſplendorem, tot tantóſque apparatus, ſolemnia feſta, hoſpitia illa, tot delitiarum genere exornata, omnia deniq; argẽto, auro, gẽmis, purpuráq; vndiq; corruſcãtia non admiretur? Gaudet hoc tempore Hiſpania tota; lætatur Luſitania, geſtiunt Regna, applaudũt deniq; Prouinciæ illæ innumeræ, gentéſque omnes nobis, noſque illis mutuam ob lætitiam vix pelle contentam inuicẽ gratulamur. Videor eia videre PHILIPPVM illum inuictiſſimum tanto ſolatio, tantóque fomento perfuſum, vt tui dulciſſimi, chariſſimíque generi, ac filij conſpectu tandiu exoptato perfrui, potiríque ſuperioribus illis menſibus demum voluerit; quo nil ſibi dulcius, nílque iucundius contigiſſe multo antea tẽpore crediderim; adeò vt tantus acceſſerit priſtino amori cumulus, vt ad beneuolentiam erga te ſuam addi nil poſſe videatur. Videre videor PHILIPPVM patrem nuptiarum nexibus felici exitu decretis, blandis verbis charitatem, atque lætitiam ſpirantibus, gratijs Deo bonorum omnium authori primũ actis natam dulciſſimam ad ſe auocantem, ac eius animi ſenſa pietatis plena aperientem, & ſic alloquentem. Ecce filia chariſſima notum tibi ſit Dijs ſic dictantibus deſignatum tibi hoc tempore ſponſum, quem palàm dico CAROLVM EMANVELEM potentiſſimum Sabaudiæ Ducem; Nobiliſſimum, & antiquiſſimũ Italiæ Principem, maiorum ſuorum gloria clarum; floridæ ac virentis ætatis adoleſcentem; virum denique

Philippi Regis Ducis viſendi deſideriũ.

Philippi Regis filiæ deſignatũ matrimonium nuntiantis colloquia.

Ducis laudes.

que omnibus fortunę, naturæque muneribus (vt ipſa dicto verius noſces) inſignem, ob id mutua ſorte felix Infans chariſſima coniugali dilectione, lætóque animo vt & æquum, & paternis monitis conueniés eſt, eiúſque merita poſtulant illum tibi à ſuperis datum ſuſcipe, & amplectere; vt veteris ſplendoris, & patriæ maieſtatis nunquam oblita, gratijs Deo actis tua, & eius vota indies magis augeantur, & creſcát: lætare itaque filia, exulta ſponſa tali viro, támque lectiſſimo ſponſo coniuncta. Interim mutuam dilectionem, vxoriam fidem, felicitatem perennem, & maximam, liberorúmque propagationem, & omnia tibi bona precabor. Me autem ſemper tuum, eiúſq; fautorem, patrem, patronum, & quoquo tempore certum, vigilemque protectorem, prout ſanguinis, affinitatiſq; & veteris amicitiæ iura poſcunt habebis. Verſantur poſthæc mihi ante oculos dulciſſimi patris ad filiam amplexus, ſuauiſſima colloquia, præclara ſanctaq; conſilia recta, & exquiſita ratione cõprobata; grata oſcula tum à fratre cum etiam ſorore temporibus illis data. Cerno iam animo tot humiles ſalutationes, tot fauſtas hîc & illic inuiſentiũ matronarum gratulationes CATHARINÆ ſponſæ reuerenter diebus illis oblatas: Ambigo tandem illud an feliciſſimo ſeni gratulandum, vel potius miſerendum in tanta lætitia ſit; gratulor quidem quòd chariſſimam filiam acceptiſſimo & peramato Principi ex corde, ex animo, ex menteque ſcelecto copularit; miſereor tamen quòd tale pignus ſenij tutiſ-

Salutationes Catharinæ ſponſæ factæ.

ſimum ſolatium, laborumq; requiem à ſe adeò dimiſerit, vt perpetua illius, dulciq; conſuetudine ſit tandiu cariturus. Gratulamur itaque vobis Auſtriacæ domus lumina, gratulamur pater, & filia feliciſſimi; Gratulantur populi, gratulantur vrbes, & gentes vniuerſæ ingenti lætitia, atque tripudio exultantes. Gratulor iterum, atque iterum ego ſeruulorum minimus, nomenq; veſtrum, quod memoria tuebor ęterna pronè, & geſtienti animo veneror, humilime que quantum res ipſa poſtulat, poſſumq; cogitatione complecti procul ſaluto, ac felices, longosq; annos, meis omnibus vobis dicatis, demum peropto.

Ad patrē, & filiam gratulatio

Ad te nūc venio CATHARINA AVSTRIACA tanti nominis, tantæq; expectationis Auguſtá, tanti Regis, tanti herois filiam, tam felicem, tantopereque ab omnibus exoptatam lectiſſimam ſponſam: Tempus iam eſt orationis meæ vela hactenus ſatis in altum extenſa cōtrahere, ad teque vnam ſermonem meum conuertere; Te vnam inter eminentiſſimas & clariſſimas quaſque terrę puellas tamquam fulgentiſſimum inter ſtellas heſperum contemplari, ac venerari; vt in tanta lætitia, tantaq; omnium felicitate debita tuę gloriæ laus, (quæ tota tua eſt, & omni iure debita) celebretur, atque ſeruetur. Noui equidē laude digniſſimum quemque conſueuiſſe minime libenter ſuas ipſius laudes audire, ſuplex tamen à te etiam atque etiam peto hanc veniam, vt quæ de virtutibus tuis maximis, ac ſummis toto terrarum orbe iampridem ſparſa, & diſſeminata exaudiuntur ea

Ad Catharinam ſponſam oratio dirigitur.

me

meſtrictim, ac modicè attingere, delibareq́ue pa-
tiaris. Cerno certè miſer nullius tantum eſſe flumē
ingenij, nullam dicendi, aut ſcribendi tantam vim,
tantamque copiam, quæ non dicam exornare, ſed
enarrare CATHARINA tantas res, tantamq́ue tuam
celebritatem poſſit; vt non leui me perculſum timo
re noſcam tantarum rerum magnitudinē meis lon-
gè viribus imparem ſico ſic pede aggredi; ſuccurre
tamen egeno humiliter deprecanti, ac tuam in me
conuerte benignitatis auram, vt animo paululū ela-
to velis in altum paſſis vaſtiſſimum, atque ampliſſi-
mum tuarum laudum pelagus ſuperare feliciter va-
leam: Quod ſi me ſublimia humiliter, ampla tenui-
ter, illuſtria inornatè, lætiſſima demum minus aptè
tractantem, & ex innumerabilibus, quæ ad dicendū
ſuppetunt plurima prætermittentem, pauca propo-
nentem, minusq; forte quam verè aliqua exponen-
tem videbis, animo cogites neque poſſe quemquam
in tam vbere materia ſingula perſequi, neque ea, quę
ſatis per ſe ſplendida, & magnifica ſunt verborum or
natu condignè perfici; neque eum etiam, qui non
omnia vidit ſigillatim ſine aliqualis prætermiſſionis
nota fideliter cuncta recenſere, quod tamen à nobis
quantum fieri poterit alienum futurum curabimus.
Atque vt à primis rerum initijs rem ipſam pertexa-
mus repetam paulò altius omnia INFANS fęliciſſima
& plura, quæ multos hactenus fortè latuerunt ſic ape
rire conabor, vt ea cernere oculis quiſque videatur.
Peruulgato itaque iam in partibus noſtris tuarum

nuptiarum auſpicatiſſimo nuntio CAROLO EMANVELE apud Sabaudos adhuc exiſtente, cùm breui tam tempore ſummo erga Regem amori, & obſeruantiæ præſenti officio ſatisfacere ipſe non poſſet; Amadeus vnus à Sabaudia rara indole, grauis, & excelſi ingenij, elegantiſſimusq;, & omniũ virtutũ genere, quę talem heroem decent præſtantiſſimus adoleſcens, ipſius Principis chariſſimus frater inter omnes curiæ Proceres meritò delectus fuit, qui tantæ lętitiæ, tantarumq; nuptiarum tibi, patriq; dulciſſimo gratulator foret, totque bonorum, & adauctæ affinitatis gratiarum actor. Extemplò ille tantæ legationi deſtinatus lętus, & felix tanto bono exultãs, ſe lecta nobilium Aulicorum manu, mutatis curſoribus equis dies, ac noctes Hiſpanias verſus, omnibus ærumnis, viarumque moleſtijs etſi duriſſimis æquo animo toleratis, itinere è Sabaudia per Galliam arrepto Madrithum Mantuam Carpetanorum olim dictum PHILIPPI Regis Aulam tam feliciter, benignèque collectus paucis diebus mira celeritate peruenit. Quare quàm magnificè, quàm ſplendidè, quamque benignis omnium animis fuerit in itinere in regionibus illis exceptus, & pertractatus, quanto in honore vbique habitus iam omnibus notiſſimũ fuit: Nouimus etiam quanta pompa, quanto applauſu Auenioni à ſummi Pontificis legato, In Narbonenſi Gallia ab Henrico Momoranciaci Duce eiuſdem Prouinciæ Prorege; Nemauſij, ac alijs Ciuitatum, & Prouinciarum Præfectis, ac demum ab Hiſpaniarum

Amadeus à Sabaudia legatus ad Regem & ſponsã miſſus.

Mutatis equis p Galliam tranſit.

Madritũ Mantua Carpetanorũ olim dictum.

Amadeus vbique benignè collectus.

rum primatibus collectus, & omni officij genere cultus quoq; fuerit. Quo deinde vultu, qua hilari fronte, quàm fauſtè, & feliciter à te, patreq; tuo inuictiſſimo, ac alijs domeſticis complexus eo tempore fuerit, quo vobis ſupplex ad genua iacuit, & legationis munus obiturus felicitatem maximam, & ſummam reuerenter, ac pronè deprecatus eſt, Ducisque nomine ſalutem nuntiauit omnium mentes, ac animos & gaudio, & admiratione ſubinde expleuit. Nequeunt vires tantam animi magnitudinem, tantam tuam in eum; tuumq; ſponſum declaratam humanitatem; tantum Curiæ ſplendorem, tam iucundas, ſuauesq; gratulationes; exquiſita ſolatia; toties paratas ludentibus feris inſidias; Lætiſſimas venationes; amœnitates; miram dexteritatem in arcu pertractando, iaculandisque in ſaltantes Ceruos ſagitis ipſo accito à vobis indicatam; tripudia, feſta; ingentem, & cõſuetam Aulicorum affabilitatem, aliaq; longè maiora, quàm exprimi verbis queant Amadeo ipſi patefacta non verbis tantum, ſed ne cogitatione quidem percurrere. Omitto apparatus, regios ſumptus, vehementem, & inauditam exiſtimationem, qua erat apud omnes ille. Omitto demum Regis munificentiam, ingentemq; liberalitatem tantæ maieſtatis propriam, veramque comitem quacunque ex parte in eum declaratam; mirificam quidem, & omnium ſemper voce efferendam. Illa prima fuerunt CATHARINA feliciſſima coniugis tui chariſſimi in te amoris teſtimonia, illa nuptiarum primordia, lætitię

Solatia Amadeo demõſtrata.

tię

tiæ digna, perennisq; noſtræ futuræ pacis argumenta, quibus longè maiora poſtea vidiſti, & certè deprehendiſti. Quamobrem de Amadei in Hiſpanias aduentu, deque eius legationis munere certior factus Princeps, vt cępta iam & inchoata abſque longiori mora conficerentur, optante iampridem eo omnia celerius quam fieri poſſet abſolui, teq; ad veteres eius penates, & domeſticos lares fouendos, vbi ſupinis omnium ad cęlum manibus deſiderabaris ſimul ſecum aſſociari; Aduentante vere à Rege PHILIPPO litteris antea monitus, compoſitis iam, ac bene, ſanctéque diſpoſitis in patria omnibus, & vniuerſæ ditionis gubernaculis Magnanimo Philippo Marchioni Ateſtino ipſius cognato, integerrimo equiti, ac ſumma prudentia, iuſtitia, liberalitate, humanitate, cōſilio, regendi peritia, ac alijs virtutibus inſigni, atque admirabili viro maxima cum poteſtate relictis tandem de itinere arripiendo deliberatione ſuſcepta Hiſpanias verſus certa proficiſcendi dies ſtatuitur. Dieque illo memorabili quinto Cal. Februarij hora decima ſeptima fauentibus Dijs tempore pacato, atque ſereno omnibus bene precantibus Taurinorum Auguſta egreditur. Quæ tunc eo recedente vidimus, & admiranda, & lacrymis, ac ſumma lætitia æque digna fuerunt. Commotam eo tempore ciuitatem, conturbatā patriam, perculſos dubio gaudio ciues turmatim ad Regiam accurrentes; Reſtantes Aulicos, patriæque Nobiles Ducis genibus lacrymantes aduolutos; Aſſectantium alios gaudio exul-

In Hiſpanias profectioniſsimis conſilium.

Marchio Eſtenſis Ducis locū tenens.

Die 28. Ian. 85 receſſit.

Dubia populorū lætitia.

exultantes, alios Principis ſalutis incertos languidis animis euntes quis non vidit? Extemplò dimiſſis omnibus, miſſæ ſolemnibus deuotè, ac reuerenter auditis, precibusque Deo piè effuſis Regia egreſſus, ingenti tubarum excitato clangore, omniũ oculis in eum pientiſſimo affectu conuerſis, reſtantibus omnibus, vniuerſæque patriæ ſalute indicata conſcendit feliciſſimus Princeps equum, ac ſtatim cęteri, quorum ingens, ac nobiliſſimus erat numerus parati, præſtoque adſunt, omnisque multitudo in equis repentè conſpicitur: Atque duobus purpuratis illis patribus ornatiſſimis Ferrerio, quẽ (proh dolor) nuper ſuſtulit Deus, ac laureo à Monteregali Cardinalibus ampliſſimis aſſociantibus, comitantibus patriæ nobilibus, ſacro Senatu, cęterisque ordinibus, vniuerſis denique ciuibus tanta lætitia, tanto applauſu, tanta feſtiuitate tutiſſimum iter, felicemque & proſperum reditum deprecantibus Regia relicta ciuitate egreditur. Exauditæ plurium voces aue Princeps, ſalue Dux, valeas & bene valeas ſponſe feliciſſime; tot gemitus, tot ſuſpiria, tot lacrymas lætitia mixtas paſſim fuſas videre licuit; ſed eo magis auctam omnium triſtitiam intelleximus, cùm heu Principem ipſum vrbis męnia egredientem conturbato penè vultu, ac inopinato, miroq; geſtu equo in ſemigyrum reflexo micantes, męrentesque oculos in ciuitatem conuertiſſe plerique viderunt, vt ego vidi; apertè chariſſimæ ciuitatis, quá recedendo triſtem, męſtamque relinquebat miſertum,

Dux ante receſſum miſſæ interfuit.

Duo Cardinales comitantes.

Felices populi ad Ducem deprecationes.

Ducis in ciuitatem affectio.

tum, atque commotum. Nec eum tanta iam animo concepta, pridemq; cognita ſefellit opinio, cùm eo iam in Hiſpanias profecto tantum fuiſſe cognouimus totius populi in ipſum animorum propenſionem, tantumque eius ſalutis deſiderium, vt non ſolùm rogationibus, atque ſupplicationibus piè celebratis id indicare voluerint; Sed etiam aſſiduis, vehementibusque & priuatis orationibus mira religione, pijsque affectibus re, & opere frequenti totius populi concurſu manifeſtiſſimè demonſtrarint; vt verè Deum ipſum tot eorum precibus annuiſſe, certúque fautorem æque futurum confiderent. Tantam pietatem, tantamque beneuolentiam declararunt quotidianę illę indies magis adauctę veſpertinæ meditationes, continuæ preces, crebra Deo reddita vota; ſuaues harmoniæ; canoræ laudes; ſonori dulcesq; cantantium chori; conciones, atque lamentationes, ac cętera omnia tam ſanctè, prudenterque à religioſiſſimo Archipræſule diſpoſita, vt alternis vicibus emiſſo ad ſingula ciuitatis templa ſanctiſſimo Euchariſtię ſacramento, ſine vlla temporis intermiſſione quadraginta horarum ſpatio ſingulis locis maximo omnium cogreſſu deuotæ preces felici pro eius reditu, atque veſtra vtriuſque ſalute Deo piè, ac reuerenter maximo cultu, lætáque impenſa effunderentur. Atque dum hæc omnia hîc agerentur magno illo Andrea Auria ſtrenuiſſimo equite, & Principe Inuictiſſimo, cui Hiſpaniarũ PHILIPPVS Rex vniuerſi mediterranei maris imperium detulit ad liguſticum

Populi pro Ducis ſalute et reditu religio.

Andreas Auria maris Ammiralus Ducem cum claſſe expectans.

mare

mare ingenti, atque ſuperba triremium claſſe Ducem vehementi deſiderio expectante Albingauni claſſem conſcendit, paululumque Nicęæ moratus tertio Idus Februarij feliciter claſſe exceptus. pulcherrimam illam, atque ornatiſſimam regiam triremem omni exquiſito apparatu inſtructam ingreſſus datis in altum velis Hiſpanias verſus Princeps ipſe, totaque illa nobiliſſima, & ſplendida Curialium manus ſecundo vento mare ſulcando, à Maſſilienſibus in tranſitu, ac paſſim alijs ad mare proximis propugnaculis maximo muralium tormentorum crepitu ſalutatus; atque à Magno Galliæ priore duodecim ſaginatis vitulis, ac alijs multis edulijs, pretioſiſſimique vini cadibus liberaliter donatus, & à pluribus ingẽti humanitate viſus Barchinonam, Dijs bene fauentibus magna omnium alacritate duodecimo Cal. Martij peruenit. Interim vniuerſa claſſe in portum collecta, omnibus procellis, quibus remoratus paululum fuerat proſperè ſuperatis mira omnium lætitia ingenti ęneorum tormentorum excitato ſonitu, grato tubarum clangore, ac fauſtis omnium acclamationibus deſcendens conſtructo ad maris litus conſpicuo arcu, licet à paucis obnoctis tenebras viſo, ac repentè dillaniato, paratoq; ſuperbo ligneo ponte in mare admodum protenſo vndulato, varièque picto purpureo ſerico panno magnificè ornato, qui totus Duce tranſacto dicto ocyus in prædam verti viſus fuit benignè à Barchinonæ, totiusque Cathalonię Prorege, ac alijs ciui-

11 Febr. claſſem cõſcendit & oras ſoluit.

Dux à Maſſilienſibus ĩ trãſitu ſalutatur.

Et à Magno Galliæ Priore liberaliter uiſitur.

Die 17. Febr Barcinonã peruenit.

Arcus triũphalis.

Pons ligneus purpureo damaſco obtect° in prædam datur.

Dux a Cathaloniæ Proręge et Ciuitatis Primatibus excipitur.

tatis primatibus, ſplendidéque cum omnibus Aulæ Nobilibus recipitur, atque in ciuitatem, & ſumptuoſum Proregis hoſpitium maximis lætitiæ argumentis deducitur. Cúmque iam nunc dies ſperaſceret per vniuerſam Ciuitatem paſſim læta lumina in coronæ formam miro artificio conſtructa emittuntur: magni incenduntur in proximis vicis, & compitis ignes, ut verè tenebras cum luce commutatas, ac ſolem ipſum ſupra ciuitatem ſtare quiſque diceret. Accurrunt re tanta exciti undique gentes, conueniunt populi, vniuerſi adſunt ciues tãto Principi, optatiſſimoque ſponſo feliciſſimum aduentum gratulantes, vt męniana, ſpeculæ, tectaq; ipſa ingẽti hominum caterua preſſa vndique cernerentur. Illa tanta celebritate famæ cùm eſſet iam abſentibus notus, turmatim ferunt & à proximis, & à remotis locis tantum fuiſſe ad eum viſendum hominum concurſum, vt nouum aliquod, & inauditum non tantùm adeſſe videretur, verùm & propè diuinum, ac ſupra vulgarem hominum conditionem virum ad eos acceſſiſſe admirarentur; Sic enim in partibus illis, cunctiſque Hiſpaniarum regionibus eius aduentus celebrabatur, vt nominis famam expectatio hominis, expectationem ipſius aduentus, admiratioq; ſuperaret; Ita egregij de ſummis eius laudibus ſermones quoſque iam antea commotos tunc impulerunt. Incredibilia equidem dictu videntur ſponſa glorioſiſſima, quæ paucorum dierum ſpatio, quo in celeberrima illa Barchinonæ ciuitate dum à Rege

Populorũ ad Ducem viſendum concurſus.

vlterioris profectionis certiorem admonitionē Dux ipſe cunctaretur magnificè, exquiſitè, ac ſumptuoſè facta, parata, & excogitata tum à ciuibus, cum à Prorege fuerunt enarrare. Quis tanto candore exornata Proregis hoſpitia, argenteas tabulas, argentea celſa candelabra, ſpecioſumque argenteum abacum; lauta illa conuiuia, incredibiles ſumptus, ſolennia feſta, iocos, ludos, choreas, triumphos, ſpectacula, puellarum coronas, ac matronarum feſtiuitates lætiſſimo illo Carnispriuij tempore in tanti Principis, ac totius Curiæ gratiam celebratas non admiretur? Quis porro Aſculani Principis, aliorumque heroum potentiam, mirificaſq; impenſas, ac propè regies illos, eximioſq; apparatus tanta magnificentia, & ordine illic diſpoſitos non obſtupeſcat? Quis tot ſeruos, tot miniſtros, tot Acerſecomites, tot à pedibus & à poculis, aulæq; inſeruientes viros vario cultu, tantaque impenſa ornatos; Mulos; Rhedas; Quadrigas; currus; conchiliata periſtromata; ſtragula, anaclinteria, & huiuſcemodi alia ſerico, auroque intexta; tot argentea vaſa ſubtiliter cęlata; tam multam atque lautam ſupellectilem, tantam demum impenſam ad Ducis ſolius aduentum decorandum, & celebrandum paratam, qualem hîc audiuimus non tantum ingentem, & maximam, ſed admirabilem quoque non dicet? Taceo Mirandæ Comitis citerioris Hiſpaniæ, quam Cataloniam dicunt, Tarraconenſiſque Proregum ſumptus, & apparatus. Omitto magnificentias, ludos, ignes, certantium Taurorū,

Proregis hoſpitium valde exornatum.

Feſta & tripudia Duci à Barchinoneſibus facta.

Aſculani Principis Ducem expectantis apparatus.

Cataloniæ & Aragoniæ Proregum apparatus.

Spectacu-la Ilerdæ parata. & aliorum animalium pugnas; grataque ſpectacula in Ilerdæ ciuitate, & alibi locorũ CAROLO EMANVELI ad Regem aduentanti parata. Omitto demum Comites, Barones, Marchiones, & Duces paſſim, ac toties lętiſſimis amplexibus obuiam prodeuntes, & regiè exornatis vbique hoſpitijs perpetuis ſumptibus ſumma alacritate illum ſuſcipientes; quæ omnia quia & nota, & multorum relatione ſatis euulgata fuerunt; ac talia quibus maiora Regi ipſi parari nequiuiſſent; cùm longum nimis ſit ſingula perſequi, quorum infinitus eſt numerus; quæque nec admirari ſatis, nec comendare poſſum, & ad maiora iam oratio deducenda ſit, prætermittenda cenſeo. Illud verò ſupereſſe nunc iure videtur CATHARINA AVSTRIACA, vt rem propius aggredientes quo noſtra tendit oratio tui matrimonij celebritatem, nuptiasq; lętiſſimas, & omni æuo prædicandas toto terrarum orbe memorabiles in Cæſarauguſta, quam antea quidam Numantiam dictam exiſtimant tanto applauſu confectas attingamus, ac omni veneratione dignas illuſtremus; quæ omnia dum paucis expono quæſo diligenter attende. Eodem penè tempore, quo CAROLVM EMAN. Barchinonã perueniſſe diximus, omnibus iam Regis decreto in vniuerſo Regno paratis, vijsque omnibus in citeriore, & vlteriore Hiſpania pro eius, & Ducis tranſitu facilioribus redditis; cunctiſque monitis, vt ea pompa, & apparatu, quo ipſemet Rex Dux etiam vbiq; exciperetur; PHILIPPVM quoque Regem maximum

Nuptiæ in Cæſarauguſta Numãtia olĩ dicta celebrata.

ximum, & Inuictiſſimum, ac Principum omnium modò viuentium potentia, opibus, ditione, authori-tate, & gloria longè præſtantiſſimum Madritho reli-cto filio vnico Hiſpaniarum Principe, ac ISABELLA natu maiore, téque ſponſa filiabus dulciſſimis ſecum aſſumptis vniuerſarum Hiſpaniarum Proceribus ma gna pompa ſtipatum ad Cæſarauguſtam nuptiarum celebrandarum cauſa lætiſſimis omnium animis ap-plicuiſſe nuntiatum fuit. Certior autem per curſo-rem à Duce velociter deſtinatum factus, ipſum Bar-chinonam perueniſſe, quo inde tempore in Cæſarau guſtam ſit conueniendum reſcribitur. Interim ma gna impenſa, & apparatu, ac inaudita, quam antea nemo viderat magnificentia cunctis in ciuitate diſpo ſitis, & regio quoque ſumptu ſupra quàm credibile videatur exornatis omnibus aduentante Duce Rex ipſe PHILIPPVS dulciſſimi generi aduentu mirum in modum geſtiens tantæ poteſtatis, tantæque ma-ieſtatis oblitus cum vniuerſa Hiſpaniarum nobilita-te, Ciuitatis Proceribus, aliiſque proximarum regio num heroibus regia pompa micantibus è Cęſaraugu ſta ſplendidiſsimè egreſſus, in vaſto ſato campo quin gentis circiter paſsibus à Ciuitate remoto, totius Aulæ curialibus circumſeptus, & magno militum præſidio munitus, cunctis penè ciuibus præſentibus Ducem in equo cunctando conſedit: Multis interea hinc inde curſantibus, Iamiam CAROLVM EMA-NVELEM cum Magnifica Curialium manu ſexcen-tis curſoribus equis ſtipatum propè adeſſe nuntiatur, ſtatim

Rex ad Cęſarauguſtā cum natis peruenit.

In Cęſarauguſta ſolemnis apparatus.

Rex extra Ciuitatem Duci obuiam.

ſtatimque eminus apparere circumſpicitur. Tantam magnificentiam Rex admiratus, quo ſingula diligentius cerneret ingentem illum equitum comitatum ſuum ante cōſpectum ex ordine tranſire iubet, ac magnis lætitiæ, & admirationis argumentis tranſeuntes omnes vario, & ſplendido cultu indutos intuetur: Aulicos violaceis holoſericis veſtibus multo auro tectis magna pompa amictos, inauratis gladijs nitentes; Alios diuerſo vario cultu ornatos; gregarios demum omnes croceo holoſerico argenteis, violaceiſq; limbis ſuperinſutis ſplendidè veſtitos, volantibus verſicoloribus vndique plumis inſignitos, feliciter Ducem comitantes fixis, lætiſque oculis inſpectat. At vbi Ducem adeſſe videt, ac in illum equo iam relicto pedeſtrem ad ſe properantem oculos benignè conuertit deſilijt pariter equo Rex, atque illũ detecto capite genu ad terram inflexo ad ſe pronè aduolutũ mira hilaritate, & gaudio amplexus ſubleuauit, iterũq; arctiſſimè cōplexus maxima humanitate, incredibiliq; lætitia poſt datam, acceptamque ſalutem deoſculatus benignè eſt. Ex tunc mirari Sabaudiani cęperunt omnes auguſtam Regis faciem, in qua tantum maieſtatis, tantum bellici vigoris, humanitatis, munificētię, ac benignæ probitatis ineſſe omnes vno ore prædicabant; Cuius in fronte, oculis, totoq; vultu conſtantia omnis habitare abundè ferebatur; Paratus ſtatim Regis iuſſu adducitur ad Ducē agilis equus holoſericis nigris ephippijs multo auro phrygiatis, nitentibusque ſtapedibus ex puro auro

Sabaudianorum pōpa.

Regis cum Duce amplexus.

Sabaudiani Regis maieſtatē admirantur.

Duci equꝰ aureis cũ ſtapedibus offertur.

ro confectis ornatus: At poſtquam equum conſcē
derunt oēs, Duxque ipſe humanitatis præceptis ite-
rū atq; iterū inſtanter à Rege deuictus dextro eius la
teri, licet renitēs, perpetuò adeſſe tandē cogitur, ma-
gno vniuerſorum tripudio, atque applauſu, omni-
bus quorum infinitus erat numerus aſſociantibus; ſin
gulis, quæ deſiderari poterant lætitiæ ſignis excitatis
ſexto idus Martij in Ciuitatem magnificentiſſimè de
ducitur. Virorum autem turbam, quæ tunc aderat
quis non admirabilem credat? Quid dicam effuſio
nes hominum ex oppidis, ex vicis, ex domibus om-
nibus, quid concurſum ex agris? Nam tantæ mul-
titudinis quantum tota illa vrbs pulcherrima, & am
pliſſima capere poterat concurſus eſt ad tantum, tā-
que celebrem aduentum eo tempore factus, vt nil
magnificentius, nilque iucundius cerni mortalium
oculis poſſe exiſtimarent. Ciuitatis itaque portam in
greſſi Iberi fluminis pontem tranſcendunt, ſpectan
tibusque tunc ex aulæ Regiæ feneſtris vobis infanti-
bus eleganter, & ornatiſſimè comptis, ac Ducem
inter cęteros ſplendidè micantem magna alacritate
ſuſpicientibus: E palatijs, turribus, ſpeculis, altisq;
ædibus contemplantibus, & admirantibus matronis,
Accurrentibus paſſim ex vicis pueris; omnibus de-
mum quaſi ſigno dato ex toto Regno illuc vndique
conuenientibus, tanta maieſtate incedentes ad Re-
giam tandem perueniunt; illoque introeuntes ab
Hiſpaniarum Principe in ſcalarū faſtigio benignè,
& amanter complexus Dux ipſe excipitur, ac indeſta

Die 10. Mar. Dux à Rege in Ceſaraugustā deducitur.

Populorum concurſus.

Regis filiæ ad feneſtrā ſpectātes.

Hiſpaniarum Princeps Ducē i ſcalis excipit.

tim

tim alijs Hiſpaniarum Proceribus obuijs ſalutē ſponſus comiter dixit. Ne autem ea, quæ crebris multorum ſermonibus ad nos paulatim peruenerunt prætcrire videamur, quantum ex ſingulorum vocibus aſſequi verè licuit percurrere breuiter non pigebit. Omnibus enim iam in Regali hoſpitio benignè collectis, & tantos apparatus, tantumque Aulæ ſplendorem velut paradiſi delicias (ſi fas ſit dicere) vndique referentem contemplantibus ſingulos Ducis Curiales per Baronem Sfondratū nominatim nuncupatos à Rege ſumma humanitate complexos intelleximus. Subinde omnibus in atrio, regiaque tota cymbalis, tympanis, dulciſſimisque concentibus vndique perſonantibus CAROLVS ipſe EMANVEL in cubiculum ſedilibus, ſignis, picturis, ſtratis ſericis, auro, & margaritis miro artificio ornatiſſimum, rebúsque omnibus neceſſarijs magnificentiſſimè inſtructum à Rege adducitur: omnia ibi ita lucida, ita omni parte fulgentia, vt non aliter quam in ſpeculo & intueri ſe, & contemplari Dux ipſe crederet: At vbi paululum quieuiſſe, ac itineris moleſtias leniſſe viſus fuit mutatis candidis veſtibus multo auro, multiſque gemmis pulchrè micantibus à Rege in magnam aulam deducitur; Ibíque vobis Infantibus, ac fratre reuerenter inuiſis, & ſalutatis læta gratulatione inuicem omnibus recreatis Hiſpalenſi Cardinali, Romani Pontificis, ac Inclytæ Venetorum Reip. Legatis, nec non Reuerendiſſimo Cęſarauguſtæ Archipræſule præſentibus, áb Illuſtriſſimo Antonio

Rex Sabaudianos omnes complectitur.

Dux ſtatim à Rege in cubiculum adducitur.

Dux mutatis veſtibus Regis Infantes inuiſit.

Perenoto Cardinali Granuellano maxima omnium iucunditate ſponſalia veſtra celebrantur, atq; firmantur; Poſthęc autem in magna illa Aula ſuperbiſſimis periſtromatis auro, & ſerico intextis magnificentiſſimè exornata; Inſigni, & ſplendida domeſtica vmbella auro, gemmis, margaritis, carbunculis, pretioſiſſimisque lapillis mirè corruſcante ad Regem, Ducem, voſque Regis natos colligendos parata dulciſſimis choreis, & ſaltationibus initium datur. Quis ſidiculas illas CATHARINA feliciſſima numeroſè ſonantes; quis dulcem bucinarum cantum; quis tot elegantes cytharedos; graues tibiarum modulos; Cornicines, atq; tibicines vndiq; illuc cōparatos tam venuſtè, & ſuauiter, ſciteq; harmoniam in tantæ ſolemnitatis lætitiam tunc excitantes cogitatione, & mente admirari deſinet? Quis Aulæ ornatum, vniuerſumque propè diuinum apparatum complecti ſatis animo poterit? Quis tui, & Iſabellæ ſororis, aliarumque matronarum ſplendidum cultum; Heroū, & Nobilium pompam, omnium denique vtriuſque Principis Curialium magnificentiam ex vniuerſo Regno tunc ibi collectā condignè verbis explicare poſſet? Pudet me, & quaſi certè pudet de tanta re, tāq; excelſa, quam videre infelix nequiui ſcribere, cùm vt ille ait certior aure arbiter verè ſit oculus, cùm nec vlla præſertim in parte ſatisfacere tantæ rei dignitati me poſſe ſcribendo noſcam; addent tamen tua lumina vires, vt ſingula toto conatu, omniq; quantū in me erit ſtudio perſequi valeam; nec vltra iam vel

Cardinalis Granuellanus ſponſalia firmat.

Inſtituuntur choreæ.

Pulſantiū magnificētia.

Curialiū pompa.

diffidentia remorari, vel ipſius rei magnitudo deterrere queat. Interim autem omnibus lætitia, gaudio, ſono, ſuauiq; cantu in Baſilica mirè perſonantibus, poſtquam multis iã à Rege ſaltatio præcepta, iuſſaq; fuit Dux lętus & felix te CATHARINA ſponſa croceis veſtibus auro, margaritis, & pretioſis gemmis vndique micantibus comptè ornata ad ſaltandum. præclara indole, ſummaque & ſpectata, quæ deſiderari poterat vrbanitate reuerẽter inuitata Rege ipſo præſente, & ſtante, ac magna cum lætitia detecto etiam capite tantam facilitatem, leuitatem, venuſtatem, & formam in illo mirè collectam ſpectante; ac vniuerſis non modò etiam intuentibus, ſed & admirantibus tantam hominum coronam ingreſſus elegantiſſimè quæ & ampliſſimi conſeſſus expectatione, & te ſponſa, ac ſe vno digna erant abſoluit: Sicq; in regia illa quaſi palæſtra tanta dexteritate ſe exercendo, modò ſaltum in altum leuiter dando, modò reſiliendo, atque minutis pedum interpunctionibus gradiendo mira celeritate, agilitate, & geſtu pulchrè ſingula ſingulis tempeſtiuè referendo, omniũ ora, atque oculos in ſe conuerſos ille tenebat. Quid porrò tuam illam eximiam venuſtatem, elegantiam, & magnificentiam tamquam in ampliſſimis, pleniſque circulis ab omnibus tunc ſpectatam commemorem? Quid item fratris Hiſpaniarum Principis ad illuſtrandam ſuorum gloriam nati cum ISABELLA ſorore lepidam, ſuauemq; ſaltationem dicam? Quid Caroli tunc Gebeneſij Principis nunc etiam Nemoroſij

Dux ſponſam ad ſaltandum inuitat.

Ducis ſaltatio.

Hiſpaniarum Princeps cum Iſabella ſorore ſaltat

roſij Ducis, Aſculani Principis, Ducis etiam Paternianæ, ac Amadei à Sabaudia; omnium denique Curialium in ſolemni illo feſto indicatam fortitudinem dexteritatem, ſummam venuſtatem, magnificentiam, & pompam recenſeam? Quid tot elegantiſſimarum puellarum, matronarumq; cum ſpecioſis illis heroibus lætas in muliebri illo ſpectaculo etiam choreas: Quid CAROLI EMANVELIS, Gebeneſij Principis, ac aliorum ſuperba, & ſplendida veſtimenta tanto auro, argento, phrygijs operibus, tantisq; gemmis vndequaque nitentia, tanta pompa, & magnificentia extructa pretioſa, & certè miranda referam? Percurrere quidem animo licet ingentem Regis patris lætitiam, Hiſpaniarum Principis fratris, veſtrumq; Infantium applauſum, Ducis voluptatem, Curialium denique omnium in tanta re ſolatium, in quo paululum quidem euagari par videretur; ſed admonet me iam res, vt iſtis pauliſper intermiſſis ad ſolemnem illum deſponſationis diem, ad quem noſtra tota hæc tendit oratio, atque ea quæ tantæ celebritatis ſplendore digna videntur deueniamus. Altero itaque poſt Ducis aduentum die, qui erat lunæ quinto Idus Martij Rex ipſe pater vnà cum Duce ad dextram manum locato, vobiſque natis candidis veſtibus ſplendidè indutis ſolemni pompa, & ingenti Aulicorum manu magnificè ſtipatus maius, & cathedrale ciuitatis fanum, è regalis hoſpitij Archipræſulis domus regione poſitum rubente, & alto iam ſole adiuit, illoque omnibus ad tanta matrimonij fœdera

Ducis, & Gebeneſii Principis ſplendidus cultus.

Nuptiarũ ſolemnia 11. Martii perficiũtur.

Cæſarauguſtæ Archipræſul nuptiarũ ſolemnia exequitur.

Miſſæ ſolemniter decãtatur.

Rex, & eius nati ſponſis gratulantur.

dera viſenda certatim confluentibus, cuncta nobilitate ſpectante, in ipſo templi veſtibulo ab Illuſtriſſimo, & Religioſiſſimo Cęſarauguſtæ Archipræſulæ, vobis ſponſis eodem momento mirè palleſcentibus nuptiarum ſolemnia maxima omnium voluptate, & admiratione conficiuntur, Deoq́; bene fauente benedicuntur: verè ſolemnia, ampla, & ſublimia nuptiarum fędera. Subinde templũ ingreſſi vobis ſponſis iuxta Hiſpaniarum ritus velatis ſuauiſſimis cantibus, dulci ſymphonia, & exquiſito, ſonoroq́; muſico concentu miſſarum ſolemnia, gratijs Deo maximo cultu, ac pia omnium religione reuerenter actis decantantur. Suſpiciebant interea omnes exultantium veſtrum ſponſorum preces vehementibus lætitiæ lacrymis fuſas. Intuebantur Iſabellæ, & Principis elegantiſſimorum fratrum miram in ſurgente illa ætatæ in ſuperos pietatem, Curialiumq́; cultum, & pompam. Pulchrum verò eſt audire, pulchrius tamen erat videre grauem altiſſimi, fęliciſſimiq́; Regis conſpectum tanto ſolatio recreatum, vt illa conſueta oris, atque vultus maieſtate totus vndique corruſcare appareret. Admirabantur vno ore omnes maximam, & inauditam tanti matrimonij, tantarúmque nuptiarum celebritatem omnium vocibus elatã, mentibúſque mirandam. Poſt hæc iam miſſæ ſolemnibus ſumma & religione, & magnificentia peractis, Iámque Rege, & Hiſpaniarum Principe à vobis, & Iſabella ſorore reuerenter ſalutatis, ac viciſſim benignè complexis è templo maximis excitatis lætitiæ

titiæ ſignis egrediuntur omnes; Cunctisq; ſigno dato paratis regale domicilium ingenti ſolemnitate, & pompa circumſpicientibus vndique ciuibus, & turmatim accurrentibus, ſumma grauitate incedentes feliciſſimè intrant. Extemplò tota ciuitas feſtis, & obſurdis campanarum tinnitibus, lyris, & cytharis, tubarumque clangoribus lætitiam vndique excitare inceſſanter nititur. Cantu, cymbalis, fauſtis, & lætis omnium vocibus in Regia reſonare exaudiuntur cuncta; ita vt gaudijs lætitiæ, voluptatiq; reſpondere omnia viderentur. Iam vos Clariſſima Hiſpaniarum, & Sabaudiæ lumina in tanto omnium applauſu, qua lætitia perfruemini? Quibus gaudijs exultabitis? Qua in voluptate felici hoc tempore bacchabimini omnes? Hunc vos igitur diem veſtris maximis, & innumerabilibus gratulationibus iure anteponetis. Accedamus nunc ſi libet ad ſolemne illud, excelſumq; nuptiale conuiuium ſumma maieſtate plenum, conſpicuum & venerandum, verè regiū, & memorabile prandium; ad regias illas menſas tā lautè, & opiparè extructas, ad quas nuptiarum fœdere completo tales vos Principes aſſediſſe mira alacritate intelleximus. Animus enim iam illò fertur, & menſis miro candore, ac elegantia aliquot gradibus celſo ſuper ligneo congeſto, magnificentiſſima ſub vmbella, in Aulæ calce inſtructis, omnibusq; ſplendidè exornatis, videre videor Inuictiſſimum PHILIPPVM Regem in ſummo menſæ faſtigio ſedentem, penes eum CAROLVM EMANVELEM

Miſſa audita ad regiam redeunt.

Nuptiale cōuiuium.

Quo ordine ſederit.

ſpon-

ſponſum, ſubindéq; te ſponſam, & nouiſſimo poſt te, vt accepimus loco ISABELLAM ſororem lætiſſimis animis, & incredibili mutua gratulatione publicè, omnibusq; introeũtibus ac inſpectantibus diſcumbentes; Tot inſuper inſignes heroes, tot Comites, tot Marchiones, tot Principes ibidẽ ſtãtes, & tanta ſolemnia, tantáq; Hiſpaniarũ, & Sabaudiæ maieſtatẽ noua alacritate inſpectantes, & admirantes; cùm pręſertim multis anteà annis in publico populi conſpectu nunquam Regem in prandio, cęnáve viſum affirmarent omnes. Quis autem ne ſingula ſigillatim perſequar regium illum, ſolemnémque apparatũ; Quis conſpicuos; & elegantes illos viros à poculis, & epulis ſplendidè vobis miniſtrantes; Quis pueros eximia forma dellectos ad menſam conſiſtentes; tantum denique conuiuij ſplendorem viſu, & admiratione dignum non putabit? Quis grauem harmoniam non humano, ſed cęleſti penè concentu, excitatam; adinuenta eo tempore ſolatia: Quis tanta demum ibi parata, & inſtructa tanto loco, talibus conuiuis vniuerſi orbis gloriam præſtantibus digna; tamquam magnificentiſſima, & ſublimia eximijs in cęlum laudibus non feret? Omitto regios illos, ſplendidosque abacos argento, auroq; cęlato mirificè ornatos: Omitto altam, ſublimémq; illam pompam in feſtorum decus, & ſplendorem, atque ad regalem oſtentationem ſuperbè viſendam palàm expoſitam: Omitto ſupellectilem, & vaſa puro auro, atq; ebore mirificè elaborata: Omitto cytharas, tympana, cho-

Rex multis antea annis in publico populi conſpectu non comedit.

Conuiuii ſplendor.

Aulæ ornamenta.

choros, aliáque ſolemnia feſtá menſis ſublatis, & toto die celebrata; ſolemnia quidem feſta, & æterna memoria digna: Fauſtum, felicémque matrimonij veſtri exitum illa publicè hîc, & Nicææ, ibique excitata lætitiæ ſigna ſatis apertè indicarunt: De concurſu autem publicarum, & priuatarum vndique legationum, & de incredibili multitudine, quæ Regi, vobiſq; ſponſis mirabilem inmodum ſequēti die præſtò in ciuitate fuit certiores omnes iam factos fuiſſe puto. Magnifica verò illa, pretioſa, & ineſtimabilia ſponſalitia munera nunquam hactenus audita à CAROLO EMANVELE in te CATHARINAM liberaliter collata; aliaque præclara nuptialia dona tum Hiſpaniarum Principi fratri, cùm etiam Iſabellæ ſorori regali munificentia oblata, & eximia dijudicata; nec non alijs multis Hiſpaniarum heroibus, Aulæq; matronis, vniuerſis demum tanta beneficentia dilargita, omnes intellexiſſe exiſtimo. Ducem inſuper ipſum vnà cum duobus Hiſpaniarum primarijs magno Caſtellæ Præfecto, & Medioli Duce ſuprema aurei velleris equeſtri dignitate à Rege patre ibidē ornatū, ingenti vniuerſorū ſolatio etiam nouimus: Strenuos denique illos quatuor equites ab ipſo Sabaudię Duce inſigni Beatæ Annunciationis ordine decoratos cunctis etiam innotuiſſe credo. Io. Baptiſtam à Sabaudia Cluſiæ, Carolum Pallauicinum Cæuæ Marchiones, Comitem Octauium à Sancto Vitali, & Cameræ quoque Marchionem: Baronem demum Sfondratum maximum domus tuæ maiorem magi-

Matrimonium fæliciter conſumatum.

Nobilium ad Regem & Ducē gratulatio

Ducis in ſpōſam, & alios dona.

Dux aurei velleris ordide à Rege donatur.

Quatuor B. Annunciationis equi à Duce creati.

Baro Sfondratus maximus Sereniſſ. Catharinæ Infantis domus magiſter.

ſtrum

Carolus Pallauicinus magn' Scutif.r.

B Annunciationis feſtu à Duce celebratum.

ſtrum, & Carolum Pallauicinum magnum tuũ ſcutiferum ibidem creatos pariter accepimus. Nouimus etiam magna pompa à CAROLO EMAN ac eius ſupremi ordinis equitibus celebratum Beatæ Annunciationis feſtum magno cultu, ſuauique harmonia excultum, & decantatum. Nouimus maximo Ciuium, & omnium populorum concurſu, celſoq; cum ſplendore ad pleraque Diuorum templa pluries à Rege, & vobis audita miſſarum ſolemnia, aliaque ſacra; extra ipſa quoque templa tot paratas Rhedas, aurigas, pilenta, tot equos tum gradarios, cum etiã ſuccuſſorios magnifica ephippiorũ auro, & gemmis ſplendidè ornatorum pompa inſtratos; tot circumpedes adoleſcentes inſilientes iamiam equo heroes cunctantes, magnam demum ſemper hominum frequentiam pulchrè, & ſolemni pompa fuiſſe viſam audiuimus. Scio paucis illis diebus, quibus in Cæſarauguſta mora facta eſt magna tum à Ciuibus, cũ etiã alijs ibi collectis patriæ nobilibus facta, & indicata fuiſſe hilaritatis ſigna, læta feſta, iucundas choreas, paſſim & vbique viſas ſaltantium coronas; ſcio multa, atque ſublimia viſa ſpectacula regali magnificentia, quæ excogitari vnquam poterat exornata; varia parata taurorum, atque ferarũm certamina: palęſtras, triumphos, ludos; lætos, elegantes, & fauſtos ſtrenuorum equitum, aulæq; primariorũ mirabili pompa micantium conflictus, magnis propoſitis ſuo tempore præmijs auctos: Miranda quamplurima belli ſimulacra; Ingentes & ſplendidos apparatus hacte-

Feſta in Cæſarauguſta facta.

nus poſt hominum memoriam non viſos. Singula autem, qúæ non vulgari officio in illis Hiſpaniarum regionibus a Rege, & alijs eius primarijs, Ciuitatibus, oppidis, vicis facta, geſta, demonſtrata, & excogitata in nuptiarum veſtrarum gratiam fuerunt: magnificentias, voluptates: Raras & perpetuas illas delicias, in quiqus continuò vixiſtis; & cætera omnia, quæ deſiderari humana mente potuerunt non prætermiſſa longum nimis eſſet enarrare. Multa tandem conſultò prætereo, ea quæ præclara, quæ quia non vidi (diligentius tamen aliorum litteris explicabuntur) libens omitto, dum ad optatum veſtrum ex Hiſpania receſſum mea ſenſim feſtinat oratio. Iſta igitur omnia dum in Cæſarauguſta pertractarentur, ac vbi de veſtro in Italiam diſceſſu cogitare cępiſtis, Regemque Barchinonam cum Duce breui peruenturum nunciatum eſt, non dico qua lætitia, applauſu, quaque magnificentia, & apparatu Barrhinonæ expectati, atque collecti omnes fueritis. Renouata ſtatim ibi ſpectacula, erecti arcus, pulchrè, regiéq; inſtructa omnia; Lætari demũ, gratulari, ac magno in tripudio feriari viſi ſunt omnes ob Regis, Hiſpaniarum Principis, veſtrumque tandiu optatum, & iamiam inſperatum (niſi ea nacta occaſione) ad eos aduentum. Poſtquam autem Rex, Regisque nati, & vos ſponſi cum pauca Aulicorum manu multis itineribus Cæſarauguſta relicta ad celeberrimum, venerandumque illud Beatæ Mariæ Montisſerrati ſacellum in celſis, ac ſaxoſis montibus vaſta planitiæ

Omniũ locorum ſtudia.

Ducis in Italiam reditus conſilium.

Rex cũ Duce Barchinonam peruenit.

Rex et ſpõſi ſacellum B Mariæ Montisſerrati inuiſunt.

vndique ſeptis poſitum acceſſiſtis, ibiq; per aliquot dies ſancta illa loca ſumma religione inuiſiſtis, ac perluſtraſtis omnes paucis inde diebus Barchinonam à ſacello illo viginti quinque mille paſſibus tantum diſtantem feliciter vos perueniſſe nouimus. Omnẽ potentiam, omnem conatum Rege iam præſente ciuitas illa ditiſſima, & opulentiſſima adhibere contendit, quo tantus, tamq; eximius aduentus pro Principum maieſtate, & gloria, maximiſq; eorum votis, ac ſtudijs celebrari condignè poſſet. Panduntur vrbis ſecretiora; Templa inſtaurantur; vetuſtiora indicantur; & quæque ad ſummum exornantur: Lætiſſimæ Ciuium, mátronarumq; choreæ paſſim per vniuerſam Ciuitatem ingenti cum alacritate interim celebrantur, ac varia demum ad omnem voluptatis, lætitiæq; ſignificationẽ excogitantur. Sed heu in tãta omnium lætitia dum quiete, gaudio, triumphis, omniq; oblectationis genere Barchinonę perfruimini, & recreamini omnes inuida fortuna, quæ nil vnquam omni parte beatum relinquere, ſed graues curas maximis plerunque voluptatibus miſcere ſolet, tãtam felicitatem breui perturbare, & inuoluere ſua libidine contendit. Dux enim ipſe tanta ſanguinis coniunctione adauctus, tanto auſpicio, tantaq; lætitia iam ſupra vota felix, vnà cum magna Curialium ſuorum manu longis viarum moleſtijs iamiam feſſa & grauioris, ac æſtuantioris aeris intemperie correpta ingenti Regis, omniumq; mœrore febre detinetur. Gregarios inde multos, ac Heluetiorum ple-

Barchinonenſium ſtudia.

Ducis & Curialiũ infirmitas.

roſque Ducis præſidio addictos aduerſa paulatim valetudine laborare, ac demum eorum aliquos vitam cum morte commutare contingit. Quæ ferè omnia ſic ferentibus aſtris accidere videbantur; Nam hoc eodem penè tempore GREGORII XIII. Pontificis Max. mors magno Chriſtianæ Reip. mœrore nunciata, ac paucis poſtea diebus Guido Ferrerius Vercellenſis, Simonq; Sermoneta Gaietanus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales ampliſſimi extincti fuerunt; Non leuesque exauditi in Repub. Chriſtiana tumultus: ac demum Iacobum Nemoroſij Ducem, Emanuelis quondã Philiberti patruelem fratrem, in Mõtiſcalerij agro Iunio menſe deceſſiſſe quoque accepimus. In tanta rerum calamitate ludente fortuna tribus tunc inſignibus Curiæ Aulicis Carolo primũ à Gattinaria Sertiranæ Comitis fratre; Io. Baptiſta, & Philiberto fratribus à Sabaudia, Iſto Clauaſſij Prę fecto, illo ſacri cubiculi primario Cluſiæ Marchione, ſacriq; Annunciationis ordinis equite paucis antea diebus creato, Ducem id ęgrè ferẽtem orbatum nouimus. Ac inde licet multis poſtea diebus (in Io. Baptiſtæ iam mortui locum magno Ducis cubiculi Præfecto Carolo Ruuereo à Viconouo ſuffecto) Iunio menſe, Duce iam in Italiam reuerſo Thomam Iſnardum Sancti Iſredi Comitem, ſacri etiam Annunciationis ordinis ſplendidiſſimũ equitem; virum integerrimum, multis legationibus tum ad Cæſarẽ, cum alios etiam Reges feliciſſimè defunctum; opibus, potentia, pietate, religione, humanitate, libe-

Gregorii xiii Pont. Maximi, mors menſe Aprili.

Cardinales Ferrerius et Caietanus mortui.

Galiæ tumultus. Nemoroſii ducis mors.

Fratrum à Sabaudia, & Sertiranæ Comitis fratris mors.

Carolus à Viconouo Io. Baptiſtæ à Sabaudia locum ſuffectus.

Comitis S. Iſredi mors.

 rali-

ralitate, omniũq; virtutũ ornatu inſignem, ab omnibus vno voto deſideratum, communi totius patriæ mœrore Barchinonæ ſublatum, in cęlumque tot iampridem artibus ſibi apertum euocatum quoque accepimus. At vbi hæc Curiæ lumina extincta, ac Ducem etiam ipſum febre grauiter iactari, & affli- ctari leuis fama tacitè ad nos, & latẽter irrepſit, cùm id palàm elloqui quiſqe vereretur deiecta corda, effractos cuiuſque animos & hîc, & ibi mirum in modum nouimus; Tacitis tamen populorũ precibus flexus IESVS tanta illa, & incredibili Regis diligentia, curaq; adiutus & eius ab omnibus exoptatæ ſaluti, & Regis tuiſq;, ac omnium noſtrûm votis priſtina donata valetudine conſulere, & piè proſpicere dignatus eſt Deus.

Ducis infirmitas ad Taurinenſes irrepſit.

Bona tandem Duci valetudo reſtituta.

Quis quęſo eo tempore tuum, & Regis patris dolorem, vehementes animi cruciatus, & anguſtias, quibus tam anxiè premebamini non miſerabitur? Tantam enim fuiſſe dicunt Regis męſtitiá, Tantam in Ducem charitatem, & propenſionem, vt vix maior deſiderari certè potuerit, adeò ut tantæ calamitatis particeps ægritudinem quoque non leuem eodem tempore ſuſtinuerit; ſic erat illi communis dolor infeſtus.

Regis ad Ducem affectio.

Sabaudianorum autem Curialium trepidationem, grauemq; agoniam vix ſine lacrymis recenſere poſſum. Sed poſtquam dolores omnes ſolatio vinci, ſuperariq; contigit, Duce iam certa valetudine vtente per ciuitatem, Curiamque totam gaudio arridere viſa ſunt omnia. Cunctis itaque iam in gaudium bene conuerſis de veſtro in pa

Sabaudianorũ agonia.

triam

triam reditu deliberatur, nauigationiſque diem ma turare ſponſus ipſe omni celeritate contendit. Interim quæ ad profectionem neceſſaria ſunt celerrimè parantur, colliguntur omnia, & Magnanimus Andreas Auria magnus claſſis Præfectus cum vniuerſo triremium numero paratus adeſſe monetur. Iam verò Rege vobiſcum vnà cum fratre, & ſorore pluries ſimul in conuiuijs, & epulis ſummo cum gaudio, ſolatioque recreatis, ac quotidiana illa Regis, Ducisque familiaritate, iucundiſſima, & ſuauiſſima conſuetudine feliciter aucta, quæ demum agenda, & exequenda videbantur in regio conclaui maturo conſilio decernuntur. Sabaudianorum interea Curialium multis ingẽtibus annuis cenſibus à Rege PHILIPPO mirificè affectis, tantam Auſtriacæ domus munificentiam Deorum benignitati æquandam (cùm perpetuis Regis ſumptibus in vniuerſo Hiſpaniarũ Regno Sabaudiani omnes continuò etiam vixiſſent) tantam Regis Procerum, ac vniuerſorum Hiſpaniæ populorum magnificentiam, liberalitatem, pompã, ſplendorem, humanitatem, & benignitatem, quã illis ſe perpetuò obſtrictos fatebantur omnes, palàm prædicantibus; Rege patre, eiuſque reſtantibus natis, à te, ſponſoque tuo iterum, atque iterum reuerenter, & pronè mutuis etiam lacrymis ſalutatis, iterumque arctiſſimè complexis; maximis tum ciuitati, ac cęteris gratijs actis, tota accurrente ciuitate, & felicem nauigationem ſtudioſè precante numeroſa, & inſtructiſſima claſſe omnibus ſummo gaudio exceptis,

De ducis reditu deliberatur.

Sabaudiani à Rege honorariis annuis augentur, & donantur.

Regis, & ſponſorum in receſſu mutua lacryma.

ptis,

Die 13. Iunij ſponſi Barchinone oras ſoluunt.

ptis, vobiſque ſponſis regiam illam triremem vndequaque ornatiſſimam, atque nitentem ingreſſis ſecundo vento Dijs benè fauentibus Nicæam verſus patria, domeſticiſque relictis die Iouis Idibus Iunij, oris ſolutis,, vela panduntur, adeò vt Duci, Sabaudianiſque omnibus tanta cupiditate ad reditum incenſis nulli neque remi, neque venti ſatisfacere poſſe viderentur. Iam claſſe tota in altum inuecta, & fugiente ab ea paulatim eminus ciuitate, cũcta adhuc nobilitate, & iuuentute è ciuitatis turribus, ſpeculis, atque ipſis etiam litoribus turmatim ſpectante, aduentantibus iam tenebris, & omnibus ab eorum oculis (claſſe tandem inuiſa) ſublatis, felicem profectionem, feliciorem que omnium exitum cunctis deprecantibus Barchinonam, & ad ſingula cuiuſque tecta redeunt omnes: Tantum autem amorem, tantáque omnium affabilitatem ſibi ſponſus ipſe conciliarat; tanta beneuolentia ſingulorũ animos ſibi deuinxerat; vt eum tunc de Regno illo diſcedentem ſingularis omnium propenſio, ſumma laus, ſummus honor, & ſumma totius Prouinciæ gratia proſecuta, & comitata, (nullo odij veſtigio penitus relicto) mirum inmodum fuerit. His itaque omnibus in Hiſpania tandem peractis ſupereſt modò CATHARINA feliciſſima, vt Barchinona, Hiſpaniaque relicta ad partes noſtras, patrium ſolum, tuaſque lætiſſimas oras iam tranſeamus. Multis interim ex Taurinorũ Augusta, ex tota patria, ex pluribus alijs proximis ciuitatibus, atque regionibus ad tandiu deſideratum ad

Barchinonenſes è litorib. claſſẽ ſpectãt, & felicem nauigationem præcantur.

Dux Regni populos ſibi omnes deuinxit.

In Italiã tranſitus.

uen-

uentum tuum viſendum, tibiq́ue gratulandum Nicææ collectis, & iam multis antea diebus aliquod veſtri reditus certum nuntium expectantibus, (cùm iãpridem claſſem vos cõſcendiſſe certò audiſſent) graui cum mœrore conquieſcere cernũtur omnia. Longiori quàm par eſſet interuallo ſic ſilentibus cunctis quotidie ex tuiribus, ex celſis, altisq́ue montibus, ex promũtorijs conſpicientes adſunt ciues num claſſem, num nauem, num cymbulam aliquam in gurgite vaſto apparere videant; an aliquod demum tui aduentus argumentum deprehendere poſſint; ſiſcitantur, exquirunt, nullo penitus relicto diligenter explorant Nicęni ciues quid de Duce, ac eius ſalute; quid de te, quid de claſſe, quid de reditu tandem ex Hiſpania habeatur. Interim languentibus in ciuitaté omnibus decimo ſexto Cal. Iulias nauis quædam eminus apparere cernitur, ex Hiſpania Genuam verſus iter arripiens; & cùm nihil ab ea intelligi poſſit ſequenti demum die à Genuenſibus certiores Nicęni redduntur niſi Septembrio menſe fruſtra Ducis reditum ab ipſis déſiderari. Extemplò maior exarſit omnium dolor, maiores cuique excreuerunt anguſtiæ; Alijs Principis ſalutem penè deſperantibus, atque ea de cauſa forte Genuenſes ſuperiori die monitos ſuſpicantibus, vt arces, ſingulaq; propugnacula muniri curarent, ne aliquod proxima futura calamitas exitium afferre poſſet: Nonnullis in illo virentis ætatis, & felicitatis flore iam eſſe ſublatum dubitantibus; Alijs tantam nunciorum tarditatem admirãtibus,

Populi Nicææ collectis ad ſponſorum aduẽtum viſendum.

Nicenorũ indagatio de Ducis reditu.

Die 16 Iunii nauis ẽ mare viſa.

Nicenorũ anguſtiæ.

De Ducis ſalute ſuſpiciones.

tibus, & ſenſim recedentibus; Nonnullis demum meliora, atque certiora (ſic dictante ſyntereſi) ſperátibus; multis tandem multa hîc, & illic prædicentibus, in graui hac animorum perplexitate certi nil habetur. Sed in tantis rerum anguſtijs cunctantibus Nicææ omnibus ita denique volente Deo, poſtquá decimo quarto Cal. Iulias vniuerſa claſſis procul aduentare dignoſcitur, lætis tunc omnibus, & mira in voluptate natantibus Taurinum ad Ateſtinũ Marchionem ſtatim curſor ocyſſimè deſtinatur, à quo omnium duabus tantum ante lucem horis certior factus in ſanctiſſimo Dominici corporis feſto, ac ipſius diei crepuſculo proximus Ducis aduentus feſtis tormentorum bombis denunciatur. Interim omnibus mira celeritate, & diligentia Nicææ paratis, atque instructis vniuerſa claſſis certò adeſſe tandem deprehẽditur. Taurinenſes verò tantis antea, tamque varijs allatis nuntijs perplexi, cùm illud omnibus gratum, auſpicatiſſimumque nuntium ſeptem tantum bellicorum tormentorum crepitibus in Taurinenſi acropoli celebrari audijſſent (quod ab eius Præfecto vt erat maturo, & ſolerti ingenio in bellica re prędítus, non temerè; at verò prudenter id factum Ateſtinus Marchio intellexerat, cùm in diei crepuſculo plura belli temporibus aduerſa, inopinataque aſtrui, atq; moliri ſolere noſſet; obidque propugnaculum paratis tormentis deſtitutum eſſe non decere, ſecus certè ſuprà quàm deſiderari poſſit ſe præſtitiſſe ſi id alia lucis hora indicari contigiſſet) ſponſionibus varijs, at-

Die 18. Iunii claſsis apparere incipit.

Curſor ad Marchionem Ateſtinũ mittitur.

Die Sanctiſs. Corporis Christi Ducis aduentus Taurini denũciatã.

Gubernatoris excuſatio cur ſolẽnius Ducis aduentũ non denunciaſset

que multis de Ducis reditu inuicem laceſcere ſe ipſos tunc, & alijs iam ante diebus cęperunt: ſicque demum alios victos, alios eluſos, re certius, & in melius (Dijs fauentibus) patefacta cognouimus. Quare factum inde eſt vt hîc, in patriaq; tota ſingula ad ingreſſum tantum cohoneſtandum parata per dies, ac noctes omni celeritate complerentur. Atque vt ad rem ipſam redeam martis illo die decimo quarto cal. Iulij, poſtquam Dux ipſe cum quadraginta ſex inſtructiſſimis triremibus cominus adeſſe circumſpicitur, ſtatim Andreas Prouana Lenici Regulus ducalium triremium Præfectus cũ Franciſco Martinengij Comite claſſe relicta Nicæam ad ciues monendos vnica trireme peruenit. Olfecerunt paulò inde poſt ſolertes Nicęni, Ducem præter omnium opinionem ſecretò ad eos ſola ſua cum Prætoria trireme etiam feſtinare, quo explorare certò ille poſſet omnia num parata, num ea qua decebat magnificentia inſtructa, anne aliquid ad te lętis omnium animis excipiendam adhuc forte deſideraretur: Sicq; Ciuitatis Præfecto, ac Duumuiris, paucisq; accurrentibus Nicænis, & lætitiæ lacrymis præſentis Ducis genua irrigantibus, ac ipſo tanta illorum propenſione commoto eoſdem cohortante, & omnia ſe bene habere reſpondente, Ciuitatem ingreſſus diligenter ſingula ciuitatis, & Regiæ ornamenta perluſtrat; atque inde lętus ad te ſponſam, & claſſem eodem die redit. Vniuerſa verò claſſis iam in tranſitu à Sancti Albani, & Villæfráchæ caſtris tormentorum bombis ſalutata ſequen-

Sponſiones multæ de Ducis aduentu factæ.

Die 13. Iunii claſſis primùm viſa.

Dominus Lenici Nicæam claſſe relicta feſtinat.

Dux ex improuiſo Nicæam venit & ſtatim recedit.

ti noꝺte, nundum rebus Nicææ plenè paratis, & quieſcere, & pernoctare in Villæfranchę portu compellitur. Interea mira celeritate diſponi, & exornari in Ciuitate quæque curantur. Murmure, acclamationibus, ſono, campanarum tinnitibus, & magno inuigilantium fremitu obſtrepunt omnia; noxq; ferè tota ocyſſimè inſomnis euadit. At vbi Phębus clarus, & lætus dormientes ſequenti die ſomno iam excitauit in labore, & cura ſtatim ſunt omnes; ita vt ſingula ſingulis bene congruentia, & vndiq; ſplendentia breui parentur. Pons ille ligneus pluries ante conſtructus, inde collapſus, multis in mare paſſibus fabricatus firmatur. Ingens & elegans arcus læta fronde, formoſisque, & auratis picturis extra vrbis mœnia poſitus perficitur. Pulchra piſcium ſimulacra graui, mirandoq; artificio ad viuum efficta in mari parantur: Picturę, ſtatuæ, multaque hominum ſimulacra fabrè, & eleganter formata eriguntur: Læta Nicęna iuuentus ſpecioſo cultu induta refulget. Ciuitatis, & Comitatus milites armati adeſſe monentur. Tibicines, atque Cornicines ſuauiter cantaturi exultantes apparent. Ænneę tormentorum bombardæ in celſo Ciuitatis caſtro, ac etiam vrbis męnibus, & propugnaculis immenſum in numerum ab ipſis tormentorum magiſtris præparantur. Regia quoque ipſa pictis omni elegantia tapetibus, ſerico, & auro intextis periſtromatis; menſis; ornatiſſimis lectis; omni denique celſo apparatu exornatur. Omnia demum prius inſtituta ad extremum explentur.

Claßis in Villæfranche portu pernoctat.

Nicenorũ diligentia.

Nicææ apparatus.

His

His itaque omnibus ſumma cura, & induſtria, citra notam ibi paratis decimo tertio Cal. Iulij duabus ante ſolis occaſum horis numeroſa, & inſtructiſſima quadraginta quatuor triremium claſſis vobis cum ſponſis, totoque comitatu in Ciuitatis, omniumq; conſpectu, lunato agmine ingenti magnificentia apparet: At vbi è litoribus, ciuitateq; tota inſpectãtibus omnibus regium labarum auro intertextum, gemmisq; intermicantibus ſplendidiſſimum pandi, totq; multicolorum vexillulorum ex triremibus vndequaque volantium quam maximum, & infinitum numerum circumſpiciunt, paulatimq; ciuitati claſſis hęrere cernitur maximo tormentorum muraliũ crepitu, maioribus minoribusq; tormentis diſploſis ab ipſa ciuitate, indéque ſtatim ab ipſo ciuitatis caſtro ſalutatur: regia ſubinde triremis multis etiam tormentorum bombis ciuitati, patrioq; Ducis ſolo ſalutem reddit, & nuntiat. His fauſtè, féliciterq; actis tria egregiæ magnitudinis piſcium ſimulacra in mari apparere cernuntur, incredibili artificio expreſſa ignem, omnisq; ſuauitatis odorem ore pulchrè ſpirantia, quæ lintrium quibus ſuſtinebantur dexteritate lepidè enatare videbantur; Sic illis in veſtro conſpecto iocosè ludentibus, formoſi adoleſcentes eorum dorſo ſtantes demum apparent, Sirenes eleganter referentes, qui dulci, ſuauiq; cãtu ſummas veſtras laudes prædicantes, omnium aures cantus ſuauitate allectas mira oblectatione, & iucunditate delinire viſi ſunt. Extemplò his maxima voluptate peractis,

Die 19. Iunii hora 22. ſpõſi Nicaã ingrediuntur.

Ingreſſus forma, & ordo.

Piſciũ artificium.

ſuauiſque & exquiſita harmonia ex Aurianis triremibus audita iterum ex caſtro, omnibusq; illius propugnaculis, ac vniuerſa claſſe propius ad ciuitatem ea iam ſtante tot, tantaq; audita bombardarum moles; tot ſclopetariorum ſalutationes; tot ex claſſe tubarum clangores; tot campanarum tinnitus, vt ſtatim fumo tecta ciuitate, craſſa caligine obſcurato ſole tanto ſonitu cœlum crepitare, terra quati, & tecta nutare; obſurda omnia, peruerſa, & ſtatim quaſi ruitura viderentur. In tanta hominum multitudine, quæ vndique illuc confluerat omnibus bene ominantibus felici auſpicio vobis, ac vniuerſis per ligneum pontem è claſſe deſcendentibus Ciuitatem feſta fronde, lætisque picturis, & periſtromatis vndique ornatam, ſumma omnium alacritate exultantes gaudio cuncti intrant. Extra ipſa vrbis mœnia inſignem triumphalem arcum multis coloribus, multoque auro, inſignibus, & ſimulacris ornatum attentè inſpectaſſe, atque ſonoris in eo cantantium choris benignas, grataſq; aures vos prębuiſſe nouimus. Ad vrbis Nicænæ portam Honoratum Grimaldum Bolij Regulum, eiuſdem ciuitatis Præfectum cum clauibus ad terrā pronum obuium habuiſſe ſcimus, cuius integerrimi viri fide iam ante perſpecta priſtinæ curæ remiſſa ſunt omnia. Portam ingreſſi religiosè, ſplendidéque paratas deprehenditis aras, atque ſanctiſſimæ crucis ſigno ſumma pietate, & veneratione ex ciuitatis Antiſtitis manibus à vobis deoſculato, ſubindéque breui panegyrico recitato adſunt ſtatim gradarij duodecim

In ingreſſu apparatus.

Dominus Bolii vrbis claues offert.

Crucem in manibus Epiſcopi deoſculāt.

cim candidi equi ſplendidis ephippijs auro, & ſerico intextis regia pompa ornati, pro te, tuiſque cubicularibus matronis, & puellis parati. Alius etiam ad Ducẽ adducitur agilis, & cõſpicuus ſuccuſſor equus. At vbi equum conſcendiſtis omnes mox duodecim formoſi adoleſcentes candido ſerico raſo induti, inauratiſque gladijs accincti præſto adſunt, qui vos regia ſub vmbella textili auro confecta, aureis etiam pendentibus lacinijs ſplendidè circumcirca ornata à quatuor ciuitatis Decurionibus illam defferentibus venerandè exceptos; Fràciſco Martinengio magno Ducis ſcutifero nudatum gladium præferente, & Carolo Pallauicino magno tuo ſcutifero præeuntibus vnà cum Curiæ Aulicis, ciuitatis Proceribus; vniuerſis denique ciuibus, maximo omnium applauſu ad Diuæ Reparatæ maius ciuitatis templum, indeq; illo inuiſo ad ducale domicilium comitantur. At vbi equo deſiluerũt omnes elegantes duo Nicęni adoleſcentes ciuitatis iuuentæ rectores tuum magnificum Aſturconem præclara, cęleriq; venuſtate arripiunt, & regalibus illis holoſericis ephippijs multis margaritis, chryſolitis, pretioſiſq; adamantibus ornatis expoliãt, quem inde equum magno à te pretio redemptum nouimus. Quamobrem omnibus in Regia magnificentiſſimo apparatu inſtructa collectis, per cunctã Ciuitatem nouo quodã, inauditoq; gaudio exultare viſa ſunt omnia. Quot deinde nocturno tempore cythararũ, fidium, tympanorum, campanarum, rerumq; fremitus auditus? Quot ignea iacula, quot exquiſita,

Duodecim chinea ad ſpõſam adducuntur.

Duodecim iuuenes ſpõſam comitantes. Sponſi ſub vmbella excipiuntur.

Comes Martinengius, & Marchio Pallauicinus magni ſponſorum ſcutiferi.

Cathedrale ciuitatis templũ inuiſunt.

Iuuenta Abbates ſponſa Aſturconem expoliant.

Ignes noĉturno tẽpore demõſtrati.

quiſita, & adinuenta ignium, flammarumq́ue miſſilia? Quot quantaq́;, & crebra viſa ignitarum, ardentiumq́; facularum per aera vndequaque volan-

Fuſeta.

tium fauſta, felixq́; grando? Tot tantaq́; demum eo tempore viſa, & patefacta lętitiæ ſigna accepimus; tot per cunctam Ciuitatem, domos, vicos, aditus, & vias exauditus cum fremitu eſt ſtrepitus; tantus aeris tinnitus, vt omnia in voluptate bacchari, terræq́; hiatu cuncta penè abſorberi tunc videretur. Sequen-

Sanctiſſ. Euchariſtia ſupplicationes comitantur, & celebrant.

ti die maxima veneratione, populorumq́; lętitia à vobis ſponſis præſentibus, & candidis cereis faſcibus aſſociantibus ſacroſancti Dominici corporis feſti ſolemnia celebrata nouimus. Inuiſo denique iam, & perluſtrato ampliſſimo, atque fortiſſimo ciuitatis ca-

Ciuitatis caſtrum perluſtrant: Seruos è triremib⁹ liberant.

ſtro, demúmq; mancipijs multis ex ducalibus triremibus liberatis de maturo ad Taurinorum Auguſtã reditu cogitare cępiſtis. Quare omnibus in ciuitate diſpoſitis, recitata iam ab Honorato Laſcaris orna-

Honoratus Laſcaris orationem ſponſis recitat.

tiſſimo Nicæno Iureconſulto in ducali hoſpitio eleganti oratione, per vndecim dies in ſolatio, feſtis, & epulis cunctis recreatis, dum multa Sauonæ à Genuenſibus ad veſtri ingreſſus celebritatem parari audijſtis tandem claſſe feliciter excepti, centum duobus

Dominus Monaci ſponſos 102 tormentorum bombis ſalutat

bellicorum tormentorum tonitribus à Monaci caſtro in tranſitu ſecunda noctis hora vobis ſalutatis ingenti omnium lætitia Calęndis Iulij Sauonam claſſis ipſa peruenit. Quanta autem cum alacritate, quan-

1. Iulii Sauonam perueniunt.

ta pompa, quam excelſo apparatu INFANS ſpecioſiſſima celebratus veſter aduentus à Genuenſibus, &

Sa-

Sauonenſibus fuerit ſatis norunt omnes, ac nos affe-
cit voluptate tanta, quantam animi noſtri capere po
terant maximam. Nouimus ingentem Sauonenſis ca
ſtri tormentorum ſalutationem; Nouimus Sauonen
ſium alacritatem; Genuenſium in vos demonſtrata
ſtudia, magnificentiamq; illam maximam, & tanta *Genuẽſiũ, & Sauonenſiũ ſtudia, & apparatus.*
impenſa comprobatam, generali etiam propoſito
edicto, nequis Sabaudianis quicquam vendere, æra-
ue capere ab ipſis auderet. Mitto præclarum illud
nauigium tanta ſtructura, & architectura breui tem
pore compactum tanto ſerico, & auro ornatum, tot
mancipijs remo addictis purpureo holoſerico prę- *Nauigiũ.*
clarè indutis aduectum, quo vos feliciter duabus ſub
vmbellis auro, ſericoq; intextis ſuſceptos nouimus.
Mitto ſplendidum illum triumphalem arcum tot pi *Arcus triumphalis.*
cturis, tot inſignibus, tot ſalibus, & elogijs conſper
ſum. Mitto mundiſſimas illas, nitidasq; vias magni
ficis periſtromatis tanta pompa ſtratas, & inſtructas.
Mitto epulas, lauta conuiuia tanto ſumptu, & libe-
ralitate vobis, curiæque totæ, nullius ex Sabaudia- *Lauta cõuiuia.*
nis incommodo, aut exigua etiam impenſa parata,
& tot conquiſitiſſimis cibis, præcocibusq; fructi-
bus referta. Mitto tot illa auxiliaria ſubſidia ad one *Sponſi & Sabaudiani Genuenſium ſumptibus aliti.*
rum, ſarcinularũq; veſtrarum baiulationem deſti-
nata ad patrium vſque ſolum vos comitantia. Mit-
to ampliſſimas ędes, excelſa laqueata tecta multo
marmore, atque auro vndique refulgentia, vobis *Mulos & iumẽta ad ſarcinulas ferendas mittunt.*
Sauonæ, & alijs quoque in locis demonſtrata. Mit-
to demum omnium affabilitatem, benignitatem, ma

xima-

ximaq; ſtudia, quibus illic omnes vos complecti, & cohoneſtare deſiderarunt. Quid verò in Altaris oppido vobis demonſtratam ab Illuſtriſſimo Caſalenſi Senatu Magnanimi Gullielmi Mantuæ Ducis nomine ingentē, præſtantémq; liberalitatem referā? vbi vos maximo viuorū volatiliū, eduliorumq; numero, multiſq; alijs rebus his longè pretioſioribus inuiſere, & cohoneſtare illius magnificentiæ, ac tantis in vos, paternamq; maieſtatem ſtudijs par, æquū que duxit? Quid etiam poſtquam veſtras calcaſtis oras, Cæuam, agrumq; Cæuanum intraſtis, ac obuios Cæuanos tanta lætitia, & propenſione habuiſtis, vos tanto ſtudio ſub ſplendida violacea quadrata vmbella auro intexta colligentes, & fauſtis acclamationibus in oppidum comitantes actum intelleximus? Quid à Carolo Pallauicino ex Cæuę Marchionibus, vos in eius hoſpitijs ſumma veneratione excipiente non factum, prætermiſſumve fuit? Quid in Montisregalis excelſa ciuitate amęna, atque pulcherrima; vbi læta, noqiſque omnibus auſpicatiſſima in te conceptionis ſigna deprehenſa fuerunt, nonis Iulij tui ingreſſus die pręſtitum nouimus? Quid Franciſci Prouanæ Bennetarū Reguli ipſius Ciuitatis, totiuſque territorij Præfecti magnificentiam, & ſtudia; Quid maximum, & numeroſiſſimum togatorum, Nobilium, Procerum, Ciuiumq; concurſum dicam? Quid ex toto Ciuitatis agro, proximiſq; oppidis cōparatas militum phalanges, lætas illas pugnas, præclaráque martis certamina ſumma oblectatione, atq; de-

Caſalenſis Senatus Ducis Mātuani nomine ſponſos donis afficit.

Dux, & ſponſa patrium ſolū intrant.

Sponſi à Marchione Pallauicino excepti.

Die 8. Iulii in Mōtemregalem ingreſſi, vbiq; ſpōſa pregnās deprahēſa.

Milites.

xteritate, vobis inſpectantibus vaſto in prato exhibentes; Ciuium ornatum, ſpecioſum matronarũ cultum: Quid tres præſtantes, & ornatiſſimos arcus, rerumque apparatus commemorem? Quid regiam etiam illam vmbellam auro magna pompa intextã, ad vos colligendos paratam; quid omnium in te declarata ſtudia recenſeam? Quid Magnanimi Philippi Marchionis Ateſtini; Quid Bernardini à Sabaudia Raconiſij Reguli, qui in patria remanſerant magnificum ad te illuc aduentum, illorumq; ſplendidũ, & regium varium cultum: Quid omnium patriæ nobilium, quos feudatarios dicimus, ſeu vaſſallos ducentum circiter numero, ad illam Montisregalis Ciuitatem tanta pompa, tanta magnificentia tibi obuiam prodeuntium, ac ſubiectionis, fidelitatis, & obedientiæ argumentum amplum perhibentiũ comitatum: Quid ingentem ipſorum Acerſecomitum, & ſeruorum tam lepido, tamque eleganti vario cultu indutorum cateruam, quos omnes tuum ante conſpectum terno numero ordinatim progredientes alacri animo inſpectaſti adductam? Quid cõcilij ſtatus, ſacri tui ciſalpini Senatus, Illuſtris Cameræ, aliorumq; ordinum; Quid ciuitatum, & oppidorum legatos ad te etiam illuc profectos dicam? Nouerunt INFANS feliciſſima populi tui omnes apparatus; ſolemnia feſta; pompas; Symphonias; ſuaues muſicorum concentus; ſolatia; tripudia Cæuæ; In Monteregali; Cunei; Foſſani; Sauilliani; Raconiſij; Cariniani; In Viconouo; In Mõtecalerio, & ali-

Tres arc⁹.

Marchio Ateſtinus & Dominus Raconiſii in Mõteregali ſponſis obuii.

Feudatarii obuii.

Omnes terni ãte ſpõſos tranſeũtes.

Cõcilii ſtatus, Senatus Cameræ & oppidorum legati.

Loca per quæ ſponſi tranſierũt.

bi locorum, quæ petijſti pro ſingulorum viribus tibi facta, parata, extructa, & adinuenta: Nouerunt fabricatos vbique arcus, paratas ſtatuas, erecta ſimulacra; elegantes paſſim expoſitas diuerſorum tẽporum picturas; affixa antiquorũ veſtrorum ſtemmatum inſignia; inſcripta elogia; lecta dicteria; decantata pluries carmina; doctos, & eruditos publicè vobis dictos panegyricos; orationes hîc & illic lecta venuſtate, grauitate, & maximo verborum ornatu habitas. Nouerunt hominum ad veſtrum aduentum vndique confluentiam; Concurſum ex oppidis, ex agris, ex vicis: gaudium, lætitiam, voluptates quoquomodo indicatas. Nouerunt vbique locorum magna pompa, vmbellis etiam auro ſemper intextis magno Ducis ſcutifero nudatum gladium præferente, & Marchione Pallauicino ante te præeunte omnium procerum, Nobiliumque comitatu ſummo honore, & veneratione fuiſſe vos etiã collectos. Nouerunt elegantiſſimorum adoleſcentium ſplendidè, lepideq; ornatorum numerum, ad veſtrum aduentum magnificentius celebrandum in Monteregali, Cunei, Cariniani, & alibi maxima cum alacritate viſum. Nouerunt quinquaginta illos puellos croceo tenui ſerico indutos Cariniani tanta feſtiuitate, & lepiditate vobis obuiam prodeuntes. Nouerunt memorabilem illum triumphalem arcum tanto ſumptu, tanta pompa, & magnificentia Cunei extructum, auro, argento, pretioſiſſimis coloribus, inſignibus, picturis, ſtatuis, & ſimulacris

Per patriã facta, & parata.

Populorũ vbique ad ſponſam cõcurſus.

Quinquaginta pueri croceo ſendalo Cariniani induti ſponſis obuii.

Cunei triũphalis arc' preceteris celſus.

eris vndique corruſcantem; eandem hinc inde formam exhibētem, omnes quotquot in feliciſſimo hoc tuo aduentu fabricati quouis ſtudio fuerint impenſa, ſplendore, & elegantia lōgè ſuperantem. Nouerunt feſtos ignes; lęta luminaria; accenſas paſſim cereas candidas faſces tantam lucem vbique afferentes, ſingulis in locis nocturno tempore expoſitas. Intellexerunt Bernardini à Sabaudia Raconiſij Reguli magnificentiam, lætos ignes, eximios, & lautos apparatus; maximas demum impenſas, & heroicam munificentiam Raconiſij declaratam, vbi introeuntibus patuiſſe omnia, & quæque ad eſum, potumque neceſſaria ſine delectu liberaliter ſingulis exhibita nouimus. Intellexerunt Io. Thomę Valpergij Maſini Comitis; Franciſci Prouanæ Bennetarū Reguli; Philippi Marchionis Ateſtini; Caroli, & Io. Baptiſtæ Ruuereorum fratrum celebres apparatus, Chairi; ad frigidos, & amęnos Bennetarum fontes; Cariniani; & in Viconouo, vbi tanto applauſu, & alacritate ſuſcepta fuiſti tanta pompa, totque impenſis factos. Intellexerunt tuam, & tuorum per oppida, per vicos in hunc, & illum demonſtratam liberalitatem. Intellexerunt etiam Ciuitatum, & oppidorum ingentem erga te munificentiam; Cęuæ pollubrum, & phialam; Montisregalis inſigne illud donum ex puro auro in nauis obtectæ formam tanta ſtructura, & arte fabricatum tibi ſponſę elargitum: Intellexerunt aureos illos ſex Cunei lances: duodecim etiam Sauilliani lancellos ex puro auro item

Domini Raconiſij apparatus.

Comitis Maſini. Domini Binetarū. Marchionis Ateſtini; & Fratrum à Viconouo apparatus.

Vniuerſitatum dona ſponſæ facta. Ceua. Montisregalis.

Cunei. Sauilliani

Foſſani. Cariniani. confectos. Foſſani menſarium foculum; Cariniani præclarum canem eius oppidi ſtemma pollubrum, haſtamque tenentem: Montiscalerij inſigne, & con *Montiſcalerii.* ſpicuum montis ſimulacrum magna induſtria, & artificio factum: Aliaq; huiuſmodi omnia ex puro auro confecta regium, & ſplendidum abacum tibi parantia. Ac demum argenteos pugilares, magnum pollubrum, & phialam; præclara quatuor candelabra, celſaq; duo illa magnæ æſtimationis vaſa omnia ex puro argento confecta, multoq; auro tecta nouo artificio, ſingulariq; induſtria mirabiliter herclè cęla *Taurini.* ta, quæ continuò Magnifica hæc Taurinenſium Ciuitas in tui gratiam elaborari multis iam antè diebus diligenter procurat. Exaudierunt iam quoque omnes pretioſiora alia munera, quæ Patria hæc tua vniuerſa tam tranſalpina, quam ſubalpina tibi ad ſingu *Dona à tota etiã patria parantur.* la loca acceſſuræ ſumma alacritate parare feſtinat. Nouimus tandem ſuo tempore omnes litteris à Pro duce monitos Patriæ Nobiles fuiſſe, vt debita pom *Patriæ Feudatarii à Produce moniti.* pa tibi proximè aduenturę obuios ſe præberent; Commeatus, equos, varios cultus, cæteraque neceſſaria pararent. Vrbium, Prouinciarumq; Pręfectos, ac locorum Rectores, vt vias omnes faciliores reddi curarent, pontesq; lignei peropportunis in locis & reſtauraretur, & conſtruerentur. Cætera verò omnibus iam gentibus nota, quæ verborum ornamenta non quærunt non ſine cauſa pertranſeo. Quo autem pacto CATHARINA AVSTRIACA tot, tantaque pręclara, magna, & excelſa in hac Taurino-

rum.

rum Auguſta in tui aduentus gratiam fabricata, erecta, & aucta ſigillatim, & condigna verborum ſerie demonſtrare potero? Qua ratione tantum vrbis decorem, Ciuium ſtudia, impenſas, apparatus deniq; omnes perſequar? CAROLO enim EMANVELE mox in Hiſpanias ꝓfecto Magnanimi Philippi Marchionis Ateſtini generalis in tota ditione vicarij edicto moneri Taurinenſes Ciues cęperunt, vt ad prętorię viæ, quam Doraneam magnam dicunt, ſuperiore iam anno pulchro laterum pauimento ſtratæ, decorem, & ornamentum ſingula inſtaurarētur ędificia; quo tu ipſa ea, qua decebat, & quæ adhiberi eorum viribus poterat magnificentia excipi poſſes. Extemplò ciues maximis ſtudijs, maxima alacritate lęta monita complectentes, hisque tantis rebus adducti aliqua vetuſtate collapſa erigere cęperunt; multa maiorum, & antiquorum more extructa renouare; demiſſa extollere; deſinentem è prætoria via ad cathedrale Ciuitatis templum vicum lapidibus, & lateribus magnificè ſternere; domos, altaq; palatia lætis, & elegantiſſimis picturis, inſignibus, & dicterijs paſſim appoſitis exornare; ſingula tandē ad omnem voluptatis candorem perpolire omni ſtudio, totoq; poſſe contenderunt. Inſtaurata, Renouata, & dealbata eodem tempore templa fuerunt. Generoſa interim Taurinenſium vniuerſitas magna impenſa, diligentia, & cura nouam portam Secuſinam vulgò dictam, hactenus à bellorum temporibus citra quinquaginta circiter annorum ſpatio obſtructam, nunc

Taurini apparatus.

Doranea via inſtauratur.

Dealbata & reſtaurata tēpla.

Porta Secuſina noua.

Ducis

Ducis iuſſu apertam; qua ingreſſa Ciuitatem fuiſti iuxta ſancti Dalmatij fanum in prætoriæ viæ caput extrui curauit ex lapide, candidoq; marmore fabricatam; amplitudine magnam, & ſublimem; quatuor celſis lapideis ſtriatis columnis etſi ſtructilibus; maximis baſibus, & epiſtyllis appoſitis vniuerſam molem ſuſtinentibus, lato intercolumnio relicto diſpoſitam; Duobus hinc inde plaſteis ingentis, & ſpecioſæ formæ coloſſis Diuorum Iohannis, & Mauritij Sabaudiæ, ac Ciuitatis tutelarium patronorum memoriã referentibus locatis; Marmoreis duobus inſignibus antiqua Hiſpaniarum, & Sabaudiæ ſtemmata hinc inde mixtim exhibentibus; Duobus etiam marmoreis leonibus ſola Sabaudiæ inſignia ſublimiori in loco complectentibus; multis quoque in marmore ſcriptis auro elogijs memoriam veſtram, nuptiasq; memorandas æternitati conſecrantibus; ligneis ponte tornatis cancellis hinc inde ſepto, ac portis forti, graui que ſtructura fabricatis, atque compactis magnificè conſtructam; Duabus etiam domibus ante eam ad decorem demolitis; binis quoque firmiſſimis turribus hinc inde, extra vrbis muros apparentibus deiectis: Quam quidem vno omnium ore paucis, quæ in tota reperiantur Italia pulchritudine, ſumptu, & magnificentia ſecundam prædicant, & admirantur omnes. In eius portæ fundamentis duo nouimus adinuenta antiquiſſima marmorea ſepulchra Romanorum (vt creditur) temporibus condita, nil præter oſſa, vnumq; vetuſtiſſimum numiſma habentia; In

In portæ noua fundamentis duo adinuenta ſepulchra.

vnius

vnius verò ex duabus demolitis turribus profundo ferreos compedes, humana crura, nudaq; tantum oſſa adhuc heu tenentes, cæteraq; corporis oſſa ſuis locis, & partibus diſtinctè locata pariter deprehenſa. Tres quoque conſpicuos, & ſupra modum celſos triumphales arcus, primum octuaginta quatuor liprandorum pedum altitudinis, alios paulò minus in Doranea, ſiue prætoria via; cum multis hominum, & Dearum ſimulacris, lætisq; picturis erigi, & vtriuſque veſtrum inſignia tum in vniuerſitatis turri, ac omnibus arcubus, cum alibi etiam locorum exiguo temporis interuallo multo auro, argento, pretioſisq; coloribus artificioſiſſimè depingi curarunt. Extra Ciuitatis mœnia tricentis paſſibus à porta noua procul conſpicui fabricati montes Ciniceum, & veſulũ referentes, ſubtus opaci antri formam habentes; tria maxima hominum ſimulacra protenſa barba ſenio confecta ibidem poſita, vnum in veſtibuli faſtigio ſtans, tridentemq; tenens Neptunum, alia duo ad terram proxima hinc inde locata, & iacentia, aquáq; ex vrna mittentia Padum, & Rhodanum præcipua Sabaudiæ, & Pedemontium flumina ſignificantia; quo notum omnibus fieret publicam hanc lætitiam mari, terræ, montibus, ſyluis, & aquis eſſe commu nem: Regia quoque ipſa quam antiquo tempore Ci uitatis incolebant Præſules, cum tanta Principum maieſtate ob vetuſtatem, antiquitatisq; ſtructuram nec apta, nec omnino digna videretur funditus demoliri, ſuperbumque ſtatim ſuperædificari cœpit pa-

In turris profundo humana oſſa in compedibus inuenta.

Tres arcus

Inſignia Sabaudiæ & Hiſpaniarum in turri et arcubus depicta.

Montes extra Ciuitatem.

Ducis Regia demolita inde erecta.

la-

latium paucis proximis annis ingenti magnificentia Deo dante conſpicuum, paucíſque ſecundum Magna illa Aula in eius quod nunc incolitis hoſpitij horto ex tempore maxima celeritate conſtructa: In ducali hoſpitio, illiusq; hortis multa inſtaurata; cancelli paſſim renouati, pauimenta colluſtrata; ibiq; & in propugnaculi Duriã verſus faſtigio (quod Angelorum propugnaculum vulgò dicitur) ſpecioſi, ac elegantes aquę viuæ fontes extructi. Palatium quod ante Bernardinus à Sabaudia incolebat nunc paratũ vobis domiciliũ in multis renouatũ, ac perpolitũ, foriſq; totũ pulchris coloribus depictũ, ac ordinatim & Sabaudię, & aliarũ pcedẽtiũ Sabaudię Auguſtarum inſignia ex Luſitania, Gallia, ac demũ Hiſpania multo auro, & argento eleganter ornatũ: pẽſilis via è minori Diui Iohannis porta Regiam verſus, ad veſtra vſque hoſpitia ocyſſimè ducta, pulchriſque tapetibus ſuo tempore exornata; qua vos ſano ipſo in uiſo Regiam commodius, ac ſine prementis turbæ tumultu ingredi poſſetis. Cunctis iſtis demum omnium viſu, memoriaque digniſſimis penitus abſolutis, ac in tota iam patria euulgatis certiores omnes facti breui tempore vos Taurinũ peruenturos quot ex oppidis, vicis, ſingulisque patriæ Ciuitatibus, regionibus, & oris; Quot ex Italia, Gallia, Sabaudia, Monteferrato, tota denique Liguria ad te, tantumq; aduentum tuum viſendum huc conueniſſe intelleximus, & vidimus? Númne plena tot matronarum, puellarum, & virorum frequentia viſa ſunt hoſpitia; plenę

Noua aula.

In hortis noui fabricati fontes.

Palatium inſignibus ornatum.

Pons ligneus è templo ad regiam tendens.

Populorum concurſus ad ingreſſum viſendum.

plenæ cauponæ, plena amicorũ, propinquorũq; domicilia? Iumẽtis, & equis impedita ſtabula; Aduenis & peregrinis Taurinũ, totũq; Taurini agrum refertũ vidimus? vt in tanto populi concurſu vix vacuò daretur locus, atque poſt multorum hominum memoriam nunquam pulcherrima hæc, & ſatis ampla ciuitas tot homines, tot populos capere viſa fuerit? Quæ & qualia ò Dij immortales CATHARINA glorioſiſſima in feliciſſimo illo tuo in vrbem ingreſſu feſta, & fauſta tempora vidimus? Quot & qualia lætitiæ, felicitatisq; ſigna, quibus tamquam gradibus tanta alacritate, & magnificentia comitata mihi videbaris in cęlum aſcendere, non ſolùm in patriam iſtam venire? Quot hîc ex proximis locis comparatos milites, quot equites, quot ſclopetarios? Quot ex tota hac Taurini acropoli, ex caſtro, vniuerſaq; Ciuitate tot, tamq; innumeris bellicorum tormentorum, ænnearumq; pillarum bombis viſa, & audita lætitiæ argumenta? Quot fauſtæ acclamantium voces, quot puellorum exclamationes; Quot ſcripta carmina; Quot humiles, & pronæ aſſurgentium matronarum ſalutationes? Quot ignes, quot faſces, quot per Ciuitatem nocturno tunc tempore, & ſequentibus alijs diebus Ducis decreto paſſim accenſa læta lumina; ex celſa ciuitatis turri lampades, vt ardere omnia, tenebræq; ipſe quaſi cum luce commutatæ (vt vates ille ait) tunc viderentur; adeò vt cęleſtem, & lacteam illam viam lucentibus ſtellis ornatam in Doranea via, alijsq; Ciuitatis vicis videre ſe

Lætitiæ ſigna in ingreſſu demonſtrata.

quiſque exiſtimaret? At quis dubitat niſi tuæ conceptionis iura vetaſſent quãta illis longè maiora, quæ iampridem parata noueramus viſa, & audita fuiſſent? Quid igitur cunctamini Ciues, quid moramini populi? iam aduenit patrona noſtra: Iamiam Valentinianis hortis, agroque relicto nouam ſibi extructam portam ingreditur. Aduenit hoc læto tempore, hoc auguſto verè nobis auguſto, & auſpicato mẽſe, hoc memorabili D. Laurentij die, qui ſicut Emanueli quondam Philiberto PHILIPPO Rege fautore tantam victoriam, tantoſque triumphos attulit, ac nobis omnibus lętam hanc, atque perennem, qua fruimur pacem, ita & hodierno die tantorum bonorum, tantæq; felicitatis perpetuum argumentum, certumq; vaticinium eſſe voluit. Cur tabernis clauſis, portis obſerratis, domibus, cunctiſque relictis CATHARINÆ AVSTRIACÆ tandiu expectatæ non accurritis? Cur purgatis vijs, ſtratis, vicis, feſta frõde, pictiſq; tapetibus ornatis feneſtris, læto apparatu exornatis omnibus regiæ ſponſæ non gratulamini? Deponite ſi quas habetis animi curas; moleſtias ſinite; efficite vt veſtris ſi quæ adſunt animi perturbationibus ratio ipſa nunc dominetur; quæ enim iucundo ſuo aſpectu cuncta ſolatur iam prope adeſt. Iam nunc lętandum, & iure gratulandum videtur; feſtis, iocis, lætis ludis indulgendum, ac in voluptate bacchandum eſt. Quod ſi tot, tantaque magis peruulgata vos ſæpe, & leuiora mouerunt CATHARINA ipſa ſummi & Maximi PHILIPPI Regis filia, qua nulla

Spõſa prægnans effecit ne maiora lætitiæ ſigna viſa fuerint.

1585. die 10 Aug. feſto S. Laurentii auſpicatiſſimus ingreſſus.

Eodẽ die Em. Phil. victor.

nulla alia poſt hominum memoriam hanc veſtram vrbem maiori apparatu, tantoq; applauſu intrauit mentes nunc veſtras, ac animos non permouebit? Attendite quæſo pauliſper, cogitate perſonam, genus aduentus, nuptiarum celebritatem nouam, & inauditam intuemini. Recordamini Ciues prę̨teritorum proximè temporum dolores, ærumnas, & perplexitates ex tam varijs de Ducis ſalute nūtijs animo conceptas in lætam hanc tranquillitatem, gaudia, ſolatia, & quietem benignè conuerſas; Iucundiorem enim hunc diem faciet prę̨teritarum illarum anguſtiarum recordatio. Adeſte eia animis, læta ſunt tēpora, læta ſecula, omnes omnium anguſtias ſponſa ipſa, tantaq; vultus maieſtas leniet, atque placabit. Agitè, omnium veſtrum colligite animos, parate ſtudia; Iamiam tot intrantium turba, tot tubarum clangores, tot ſclopetorum, tot bellicorum tormentorum crepitus illam tanto comitatu aduentare denunciant; Quare Ciues vno omnes animo illi ſine mora occurramus, eamq; prono ſimul affectu, humillimeq; complectamur; Noſtræ demum erunt partes, & in hoc nobis elaborandum, totiſq; viribus contendendum eſt, vt illam quantis poſſumus ſtudijs diligamus, obſeruemus, veneremur, omnemq; felicitatem, & gloriam à ſummo huius orbis architecto precibus illi petamus. Diligamus, & obſeruemus quia Domina, quia patrona, quia obſeruantiæ iura impellunt, & hortantur; veneremur quia maxima, tanti Regis filia, tanti Principis vxor, omninoq;

ninoq; venerabilis eſt; felicitatem tandem petamus, quia eius gloria noſtra illuſtranda nomina, eius fama noſtra ſunt augenda ſtudia. Ingredere iam er-

Sermo ad ſponſam.

go ſi placet ſponſa lætiſſima exultantes has Ciuitatis portas, ingredere feliciſſimo auſpicio. Agnoſce iam ſi libet patrios lares, domeſticosq; tuos tibi à ſuperis iã ante promiſſos antiquos penates; Læta hæc ipſa tẽpora, vniuerſaq; omnia tuo tantũ decore ad ſummã elegantiã ſic celsè parata te inuitant, vocant, & hortantur. Ecce iam videbis conſtructam tibi regalẽ

Porta noua.

portam tanto marmore, tantoq; ſaxo affabrè cęlatam; totoq; terrarum orbe memorabilem, æternam

Arcus.

aduentus tui memoriam perhibentem. Tres celſos videbis arcus triumphantium more paratos picturis, ſimulacris, inſignibus, & omni exquiſito artificio cõſpicuos, pictisq; fornicibus mira inter ſe arte coe-

Renouata Ciuitas.

untibus formatos. Renouatam ædibus videbis ciuitatem, exornata templa, vetuſtiora demiſſa, erecta, fabreq; facta, & egregiè perpolita quamplurima, omnia denique læta, ridentiaq;, & tibi omni ex parte gratulantia comperies. Vidimus ſponſa mira cum ala-

Ingreſſus Taurini.

critate omnes tantam tui ingreſſus pompam non humanum certè, ſed cęleſte quaſi ſpectaculum. Vidimus extra Ciuitatis męnia in uaſto prato pauliſper ab urbe remoto magnificas illas, & amplas thenſas

Thenſa extra Ciuitatem parata.

pulchris auleis ſupernè extenſis, infernè ſtratis ornatas, vobis ad vrbem aduentantibus paratas, vbi itinere paululum leuati lauto ientaculo, frigidoq; vino refecti leniter fuiſtis. Audierunt ibi plerique bre-

ues

ues panegyricos tum à Iacobo Manutio primario *Panegyrici recitati.*
matutino in publico gymnaſio lectore, cum etiam
formoſo illo puello ad ficticios montes extra vrbem
fabricatos è medio montium fornice Ganymedis in
ſtar deſcendente tibi eleganter dictos. Vidimus in-
tus purgatas, mundasq; vias pictis tapetibus paſſim *Via tapetibus instrata.*
exornatas. Vidimus tot tantasq; illas matronas,
virgines, puellas tanto ornatu, & elegantia comptas
per feneſtras, ſtratasq; officinas hîc, & illic te inſpe-
ctantes; rem viſu hercle pulcherrimam: Erat tanta *Matronæ in feneſtris & officinis ſtantes.*
illarum pompa, tam in habitu omnes cultiſſimæ,
aureis torquibus, monillibus, inauribus, annulis, cin
gulis, margaritis, & toto habitu collucentes (ſed quo
opportuniore, & iucundiore tempore?) vt ſplen-
didus ille cultus cum pulchritudine, & forma ita cō
tenderet, vt quinam vinceret vix tranſeuntes tanto
viſu allecti diiudicare haud dubiè poſſent; rarum cer
tè artis cũ natura certamen. Vidimus primùm mu- *Primũ moli ſarcinas importantes.*
los croceis ſtragulis tectos tuas in vrbem res, ſarcinas
que inferentes. Ducalis inde Aulæ familiam cro-
ceo panno, holoſericoq; indutam. Vidimus poſt hos *Ducalis familia.*
Curiæ Acerſeconites croceis holoſericis ſagulis ar-
gento, & violaceo ſerico præclare phrygiatis orna- *Ducis Acerſeconites.*
tos; In phrygio opere duas capitales veſtrorum no-
minum litteras ſimul connexè iunctas, acu pulchrè
depictas. Vidimus quoque magnas equitantiũ ſclo- *Argoleti.*
petariorum cohortes prædenſa acie directas, poſt ſu-
periores omnes quàm maximo numero ante te eun- *Feudatarii.*
tes. Vidimus patriæ Nobiles, aliosq; multos ſuo
quoſ-

Vicarius, Iudex, & Conſules Taurini.

quoſque ordine gradientes. Vidimus Vrbanos Prętorem, & Vicarium; ſexq; vrbis Conſules cęruleis etiam talaribus togis ex raſo confectis indutos. Can-

Magni Cācellarii Aſturco cum ſigillis.

didum etiam vidimus Magni Cancellarij Aſturconem albis, & purpureis ephippijs argēto intextis ornatum, ſine ſeſſore Ducis ſigilla dorſo portantem à duobus etiam adoleſcentibus purpureo ſerico indutis ante eum deductum. Vidimus formoſos illos duodecim adoleſcentes candido ſerico panno auro

Duodecim Taurinenſes Iuuenes brocato induti.

intexto, violaceis floſculis depicto, aureis limbis ſuperinſutis indutos; auratis gladijs accinctos, aureis torquibus, & volantibus candidis plumis ſingulos ornatos à Taurinenſibus ad te comitandam deſtinatos, gradarium tuum fuluum equum celeri venuſtate abducentes. Vidimus aras ad vrbis portam tibi

Altare ad portam paratum.

paratas, quibus inuiſis à Hieronymo Ruuereo Religioſiſſimo Taurini Archipræſule vniuerſo aſtante clero benedicta fuiſti. Vidimus Ciuitatis claues à

Vrbis claues in argēteo lance oblata.

Marchione Ateſtino in argenteo pollubro tibi oblatas. Vidimus ſplendidum illum tuum ornatum tot gemmis, tot margaritis, tot pretioſiſſimis adamantibus, & chryſolitis vndequaque fulgentem, quo nil

Sponſa ornatus.

ſublimius, aut magnificentius admirari, ſubijciue mortaliū oculis poterat. Vidimus candidum illū tuū

Sponſa Aſturco.

Aſturconem regalibus ephippijs tot gemmis, & adamantibus nitentibus inſtratum, quo in vrbem

Sponſa ad dextrū Ducis latus intrans.

ad dextrum Ducis latus iunctim incedebas. Vidimus ſplendidam illam quadratam vmbellam candido ſe-

Sponſi ſub vmbella excepti.

rico, & auro intextam pendentibus vndique aureis laci-

lacinijs ornatam, quæ reuerenter à Ciuitatis Decurionibus collecta, & ad fanum vſque omnium penè gẽtium oculis in te vnam coniectis, deducta fuiſti. Vidimus Franciſcum Martinengij Comitem magnũ Ducis ſcutiferum nudato gladio ante vmbellam vobis præeuntem; Ante te quoque Carolum Pallauicinum magnum tuum ſcutiferum. Vidimus poſt te ſpecioſas illas tuæ Aulæ matronas, & virgines ex Hiſpania tecum profectas. Vidimus ſex illas magnificas Rhedas ſerico auro intexto pulchrè, varieq; obtectas in tui gratiam Mediolani nuper fabricatas. Inſpectarunt magna cum admiratione omnes conſpicuum illum, celſumq; currum triumphantium Romanorum more extructum, totum à temone ad rotas vſque auro, & argento mirum inmodum corruſcantẽ, textili auro intus ornatũ, ſex equis miro cãdore nitentibus vectũ. Quid verò ſplẽdidas illas leuis armaturæ ex tota patria accitas equitũ turmas frenis, ephippijs, monilibus, phaleriſq; pręfulgentes. Quid plures etiam illos equos tã varijs tamq; ditiſſimis phaleris ſine ſeſſore ornatos. Quid tot demum ſclopetarios tam egregiè, lepideq; apparentes tot illa paſſa vexilla ſuo ordine ſubſequentes, omnes te iam ingreſſam ſectantes, quorum infinitus erat numerus, vt à vigeſima ſecunda hora, qua ingreſſus tuus incipere viſus eſt, vſque ad primam noctis horam vniuerſorum durarit inceſſus recenſeam? Quid tot, tãque ſplendidos, tantaque pompa nitentes Curiæ Aulicos, & Acerſecomites; Quid tot inſignes patrię

Comes Martinengi et Marchio Pallauicinus magni ſponſorum ſcutiferi ante vmbellam præeuntes.

Sex nouæ Rhedæ.

Currus nouus & inſignis.

Equites totius patriæ

Equi ditiſſimis phaleris ornati.

Sclopetarii.

A 22. hora vſque ad primã noctis omnium durauit ingreſſus.

Curiales.

Feudatarii. triæ Nobiles tanta impenſa, tantoq; ſumptu torqui bus etiam aureis ornatos, totque circumpedibus ſeptos. *Serui vario cultu i duti.* Quid magnificum varium vndique ſeruorum cultum tanto auro, & argento phrygiatum, elegan terq; variegatum; Quid tantam demum, tamq; incredibilem omnium tunc te in Ciuitatem comitantium magnificentiam dicam? Cum te ſponſam vrbem intrantem tota penè ciuitate ædibus, mœnibusque effuſa ſummi Pontificis, cęterorúq; *Principum Legati.* Principum Legati, *Magnus Cancellarius.* Magnus Sabaudiæ Cancellarius, *Concilium ſtatus.* Concilium ſtatus, *Senatus.* ampliſſimus etiã Senatus purpureis veſtibus ornatus, *Camera.* Illuſt. Ducalis Camera lictoribus, ſeu hoſtiarijs violaceis pallijs indutis ſuo ordine præeuntibus; Ordo Procerum, togatorumq; *Doctorum Collegia.* Collegia ſericis togis ornata, duobus publico gymnaſio inſeruien tibus viris violaceis talaribus togis quoq; veſtitis prę miſſis, & Ciuium Primores inter fauſtas populi acclamationes cuncta proſpera, atque felicia ominantis ſolemni pompa, inauditáque magnificentia comitati ſunt; tantus demum factus ad te omnium eo tẽpore concurſus, tanta tui viſendi aucta cupiditas, vt præter ingentem puellarum, matronarum, & cę terarum gentium cateruam feneſtras, portas, officinas, podia, muros, ædificiorúmque tecta, & vias implentem, ac occupantem; præter quoque pueros mira cupiditate quocunque ſcandentes, ipſi etiam montes, proximi colles, palatia, tecta, turres, ipſáq; vrbis męnia tanto gaudio geſtientia, ſi natura paſ- *Vrbs tota ſponſæ gratulatur.* ſa fuiſſet, ſedibus ſuis relictis gratulãdi cauſa obuiam tibi

tibi prodire cupere viderentur; ac iucunda illa, tanto pereq; à maioribus noſtris deſiderata aurea ſecula te cum rediiſſe, & omnia omnibus felicia, lætaq; appa rerent. Si itaque terram, montes, colles, nemora, ſyluas, aquam, omnia denique hîc ſub cęlo poſita tanta lętitia geſtire hoc tempore videmus, quid nobis ratione vtentibus, & omnia commoda, vberrimosq; fructus hinc expectantibus faciendum puta mus? In tanta verò lætitia INFANS feliciſſima non ij tantùm po puli, qui tuo reguntur imperio, cuncta que patriæ nobilitas exultare gaudio mihi videt̃, ſed illi etiam omnes, qui tantam tibi inuident felicitatẽ nobiſcum lætari, & admirari proculdubio coguntur. Quamobrem ſponſa poſtquam Ciuitatem, Re giamq; fano iam inuiſo es tanto gaudio, tantaq; ma ieſtate ingreſſa, lætare feliciſſimè patrium tibi promiſſum ſolum tanto tibi auſpicio gratulari; lætare omnia tibi tuta, proſperaq; ex Hiſpania tanto locorum, ac maris interuallo à nobis diſiuncta huc vſque Deo duce, omnibus maris, itinerúmque difficultatibus ſuperatis felicibus auibus contigiſſe. Lętare cùm ſis tanto Rege, tanto Heroe nata; eius qui tan ta rerum, & prouinciarum monarchia tanta felicitate potitur filia; In tam florenti tenella ætate decimum ſeptimum annum vix egreſſa ſis conſtituta; forma, elegantia, omni ſplendore ſis decorata tam pariter gratos, atque fauentes habuiſſe Deos, vt Prin cipem etiam ditiſſimum, potentiſſimum, omnium totius Italiæ præſtantiſſimum; In virente ætatis flo-

Aurea ſecula cum ſponſa reuerſa.

Iure lætandum.

Externa lætitia.

Ad ſponſã gratulatio

re poſitum, omnibus virtutibus tum animi, cũ etiã corporis inſignem nacta quoque fueris. Facilè enim vt Cicero præclarè (vt omnia) ait, ſimilia ſimilibus coniunguntur, diſſimilia difficillimè, cum diſpares mores diſparia ſtudia ſequantur, quorum diſſimilitudo amicitias, coniunctionesq; diſſociat; at ſimilitudo fortius, inſolubiliterq; connectit. Cùm itaque par vtrique vobis fortuna fuerit, ſimilia tempora, per ſimilis ætas, par natura, pares mores, paria ſtudia, pares animi, & corporis dotes; Quid aliud in vobis ſperandum, quid expectandum niſi felicitatis, niſi quietis, niſi ſolatij, lætitiæ, omnium virtutum, omniumq; bonorum; niſi perennia etiam gloriæ ornamenta? Sapientiſſimè igitur CAROLVS EMANVEL tibi, ſapientiſſimè tu CAROLO EMANVELI, vterque ſibi, ambo verò nobis hac tempeſtate conſuluiſtis. Fruere ergo lætis iſtis, atque ampliſſimis repotiorum ſolemnibus, tanto ſplendore, tantaque maieſtate tibi paratis. Agnoſce tuam iſtam felicitatem; Agnoſce integerrimam Coniugis fidem, amorem, charitatem, populorum tuorum ſtudia, atq; ingentem in te beneuolentiam. Repete INFANS ſi libet proximè prӕteritorum temporum memoriã; pone celebres illos ante oculos dies, quibus tam fauſtè, atque feliciter vbique locorum excepta fuiſti; populorum te intuentium, atque tanta animorum alacritate te admirantium vultus, & ora recordare; Quid maius, quid celſius viuenti homini exhiberi, demonſtrarive potuit? Quos potes recordari

Sponſorum paritas.

ri in vita tibi illuxiſſe dies lętiores, iucundioraq́; tempora? En tibi amplum adeſſe vides imperium, amplam ditionem, maximam in his terris poteſtatem. Excelsá habes iſtá tuá, ſplendidamq́; Aulam Nobilitatis, grauitatis, fortitudinis, omnisq́; magnificentiæ celeberrimum theatrum; tot Heroibus, tot ſtrenuis equitibus conſpicuam. Tot in ea habes Marchiones, Comites, Regulos; tot fortiſſimos, & Illuſtres viros tanto ſplendore illam exornantes, vt totius Italiæ, multorumq́; Principum curijs virtute, gloriaq́; iſta meritò præcellat. Omitt o regia illa hoſpitia, & læta cubicula tanto candore lucentia, ſericisq́; tapetibus infernè ſtrata; Aurea, & ſerica conchiliata periſtromata; Intertextos auro, & purpura lectos; aliosq́; multis gemmis, & auro ornatos, itemq́; phrygijs operibus, & acu præclare pictos; ſerica ſtragula, beluataq́; aulęa tanto artificio multo auro, argento, ac margaritis ad varias rerum imagines opulentiſſimè phrygiata: Magnificas, & ſplendidas thenſas, domeſticas quoque vmbellas, exquiſitæ artis ſigna, & tabulas; lautam, & regiam ſupellectilem, celſumq́; abacum; Omitto inferiorem illum thalamum latericeis fornicibus iunctum, tot picturis, inſignibus, & plaſteis figuris tāta arte, tāta induſtria elaboratū, tantaq́; elegātia perfectū; tāto auro; totq́; pretioſis coloribus nitentem, vt nil elegantius intueri, deſiderarive queat. Omitto ſecretiora illa penetralia, aurū, gēmas, margaritas, lapillos, carbunculos, nitenteſq́; pyropos, veſtes, torques, monillia, adamantes; & cætera his

Aula.

Curia ſplē dor.

Thalamus īferior viā verſus.

Veſtiarū.

pretioſiora in celſo illo veſtiario repoſita. Omitto regiam iſtam, ſplendidamq; nouam Aulam tanto artificio, tantoq; apparatu celeri iſto tempore conſtructam. Omitto feſtos dies argento, auro, veſte, omni apparatu, ornatuq; viſendos, vbi hilaritas omnis tanti apparatus ſpectationi proculdubio cedet. Omitto regia ſpectacula, admiranda belli ſimulacra tanta pō pa, tanto apparatu proximè exhibenda. Omitto pulcherrimum illud equitantium Curialium certamen tanta elegantia, tantoq́, omnium concurſu ſecundo poſt tuum aduentum die ante Regiam, te inſpectante celebratum. Omitto illa tanta populi frequentia, ingentiq; omnium concurſu in B. Marię Virginis Aſſumptionis feſto, nec non die Dominico Cal. Septembris, tanta pmpa, tantoq; prę mentis, & exultantis turbæ tumultu peracta in D. Iohannis Fano ſacra miſſæ ſolemnia, vbi vobis ſplendida ſub vmbella, ac etiā ſupremi ordinis equitibus magno ſplendore torquatis præſentibus, Summi quoque Pontificis, cæterorumq; Principum legatis, omnibus item magiſtratibus, & Curialibus ſtantibus pontificia illa munera Aurea conſpicua Roſa, pulcher gladius aurata vagina conditus, Magnificus demum galerus gemmata columba, & alijs ornamentis tectus ab eiuſdem Pontificis Maximi Legato mitra, ſacratis tunicis & clamide induto tanta veneratione, tantiſq; ceremonijs, paratis in populi cō ſpectu ante chorum excultis aris, vobis oblata fuerunt. Omitto demum maximum illud palatium, quod quotidie mira cura, arte, & diligen-

Noua Aula.

Certamen Quintanæ die Lune factum.

Solemnia ſacra.

Pontificia munera ſpōſis oblata.

Palatium.

ligentia conſtrui videmus, quod vobis regium, & admirabile hoſpitium breui futurum eſt. Nouerũt omnes regia illa miſſilia, ingentemq́; pecuniarũ quantitatem poſtridie; dominico tuì aduentus die in plebem generoſè iactata, vt non æream tantum, argenteamve monetam, ſed & aureos coronatos, duplaſque auri quamplurimas emiſſas intellexerimus. Vidimus quanta cum alacritate, quantoq́; cum deſiderio paucis illis diebus ante tuum in Vrbẽ ingreſſum, quibus in Valentiniana villa, & hortis omni amęnitate conſpicuis in Taurini agro cunctabaris te, tuosq́; omnes videre ſinguli deſiderarint. Viderunt etiam plerique te tanta lætitia è Montecalerio illuc vſq; in pado nauigantem; Viderunt ſex illas cymbas multis coloribus ad te comitandam depictas; Ingentesque illas duas naues, alteram purpureo leui ſerico obtectam, qua vos ſponſi vehebamini; Alterã in opaci, & amęni antri formam mira arte conſtructam, vbi tam quam in ſpecu cantantium ſonori, dulcesq́; concentus magna cum voluptate exaudiebantur. Vidimus etiam poſt tuum aduentum plures illos Patriæ, Mediolanenſisq́; Prouinciæ Nobiles in celſa pompa cultiſſimos, palliolis, & pileis vnionibus, adamantibus, carbunculisq́; ſplendidè collucentibus ornatos. Vidimus poſt hęc omnia tandem Gallorum Regis, Venetæ Reipub. aliorumq́; diuerſorum Principum legatos tanto ſplendore, poſt tuum aduentum tibi, Duci quæ ſumma alacritate gratulantes, ſublimiaq; illa vobis offerentes munera, ad quorum quidem ſingulorum

Miſſilia ĩ vulgus iactata.

Paucis diebus ante ĩgreſſũ ſponſi in Valẽtiniana villa cunctati ſunt.

Sponſa è Montecalerio ad valentinũ in pado nauigat.

Duæ naues pro ſponſa ornata.

Pompa nobilium & exterorum

Principum legati ſponſis gratulabundi.

lorum voluntatem,& deſiderium nil à vobis omnino prætermiſſum nouimus. Quanta verò hilaritatis, lætitię,& magnificentiæ argumenta,quam ſplendidi,& admirabiles ſint futuri illi tuorum natalium dies feſti ſuperiore iā anno magna lætitia culti,ac alij proximo Carniſpriuij, & optato tui partus tempore tanto apparatu, & pompa celebrandi, niſi paulatim nunc in patria pullulantia luis incremēta(quod Deus auertat) impediant, quis non cogitet? Quæ itaque

Magna lætitia: poteſt eſſe in terris hoc tempore lętitia,quod gaudiū, quod tuę hilaritati, iucunditatiq; ſit comparandum? Vrbs enim hęc tota, turres, tecta, duraq; ſaxa ita lętari, & tibi gratulari videntur; Ita vniuerſum regale illud, quod incolis domicilium,portæ,parietes nouo tuo aduentu geſtire cernuntur; Ita præter conſuetū pulchritudine,& forma arrident, & reſpondent om

In Regia geſtiūt oīa nia,vt intrantes illuc omnes tot bonis perfruentes inſolito quodam gaudio explere mirum inmodum videantur; Lætantur quidem, & iure lętantur,quod tāta futura ſit illarum ſedium maieſtas, qualem hactenus hîc nemo vidit, aut audiuit. Quid de te iam

Sponſæ virtutes, animi corporis & fortunæ bona. CATHARINA INFANS, ad quam vnam tanta lætitia, tanta voluptas, tanta ſolemnitas, & omnium alacritas referri cernitur;quid de tuis eximijs virtutibus, quæ omnes in te tamquam lineæ in centrum concurrere dignoſcuntur; quid de animi,& corporis dotibus; quid de ſingularibus fortunæ bonis in te collectis dicam? Quæ quidem ſingula ita omni humano generi iam ſunt nota, ita apud omnes gentes celebri

fama

fama euulgata; Ita terra, mariq́; celebrata, vt nullius omnino preconijs indigere videantur. Vereor certè ne in hac, quæ ſupereſt tuarum virtutum pertractanda prouincia toto ferè negotio difficiliori portui iam proximus conſiſtam, vel illis ſimilis euadam, qui dum facundi videri cupiunt, ſupra vires conati in medio (vt aiunt) curſu deficiunt; quo enim pacto hinc egredi feliciter poſſim: quo modo ſingula, quæ in te prçclarè refulgēt, niſi tuç benignitatis aura ꝓſequente, perſequi valeam vix certè video. Quocunque enim me infelix verto, in ea deficere parte timeſco; quandoquidem omnia illa prçclara, & excelſa, quæ in te præſulgere noſcuntur non orationis menſuram, ſed hiſtoriæ iuſtæ magnitudinem expoſtulare videntur; Enitar tamen viribus, & ſatis muneri meo hoc loco feciſſe putabo, ſi prout tenuis ingenij facultas ſuppetet aliqua ne dicam enarrare, ſed attingere tantum, & delibare ſtudioſo animo poſſim. Si fortunæ itaque bona intueor non Comites, nō Marchiones, non Duces gentilitatis tuæ ſtemmata cerno; *Bona fortuna.* Sed omnes quocunq; me verto Archiduces, Reges, ſummosq́; Imperatores vndequaq; comperio. Tu INFANS fortunatiſſima PHILIPPVM habes patrem *Philippus Rex pater* ex Auſtriaca illa, & Haſpurgentum Principum familia antiquiſſima, & nobiliſſima, toto terrarum orbe inuulgatiſſima procreatum; In qua & Regiam, & Cæſaream maieſtatem ſemper emicuiſſe ſcimus. Patrem habes Regum verè Regem, omnium totius orbis Principum facilè Principem; Hiſpaniarum, totq́;

Regnorum feliciſſimum Monarcham; Cuius iam fa
ma,celeberrimumq; nomen non Chriſtianorum tá
tùm,ſed omnium gentium,ac Barbarorum quorun-
cunque peragrauit, & impleuit oras; Verum nunc
orbis lumen; Iuſtitiæ, religionis, pietatis, omniumq́;
heroicarum virtutum decus,& ornamentum, Chri-
ſtianiq; nominis acerrimum propugnatorem. taceo
Carolus V. auus. Carolum illum Quintum auum tanti nominis,tan-
tæ famæ, tantæq; gloriæ Cæſarem,qui omnibus an-
te eū Principibus æternam virtutis,& laudis palmam
Ferdinandus Imperator patruus magnus. præripuiſſe noſcitur. Taceo Ferdinandum Cæſarē
patruum magnum; Philippum Auſtriacum proa-
uum primum eius familię Hiſpaniarum Regem:alia
Philippus Auſtriacus, proauus primus Hiſpaniarum Rex q́ue multa Auſtriacæ domus lumina toto terrarum
orbi notiſſima. Mater item tibi fuit Iſabella Henrici
Chriſtianiſſimi Gallorum Regis filia tanto parente,
Iſabella mater. tanto ſanguine orta,à qua tot tantaq́; hauſiſti, atque
ſuxiſti pręclara, & excelſa probitatis, pietatis,religio
nis, caſtitatis,omniumq; virtutum ornamenta,vt il-
lam omnino referens omnia, quæ ab ea præſtantia
reportaſti gloriæ ſpecimen poſteritati ſint futura.Cū
itaque vtroque hoc regio ſanguine tam alto, tamq́;
ſublimi, quo nullus in terris extat, aut extitit maior
deſcenderis,quid eſt quod nobilitatis tuæ claritatem,
cui omnium mortalium cedunt præconia leuibus
iſtis verbis efferre, extollereq;,& ſolem (vt aiunt) fa-
ſcibus illuſtrare contendam? Quid igitur mirum ſi
Animi et corporis dotes. tantam generis nobilitatem tot comitatæ inde fue-
rint & animi, & corporis dotes,quales in te vna reful

gere

gere ſentimus? Indignum enim naturæ videbatur tá topere à fortuna elatos delicatos illos, mollesq́; artus in purpura, atque regalibus delicijs ſemper nutritos omnibus etiam ex partibus non perficere, ac expolire. Mirum itaq; cultum, pietatem, ac raram in Deum religionem tantam, tamq́; excelſam in te nouimus, vt omnium iam ſermone, & vocibus hoc abundè, honorificeq́; prædicetur. Hoc in Hiſpania, hîcq́; iam nouerunt, ac continuò noſcunt, & experiuntur pauperes, ęgri, cęnobia, religioſaq́; loca tantam pietatem, ac religionem ad cęlum vſq; efferentia. Nouit demú magna illa carceratorum caterua te iampridem ſummo deſiderio efflagitans, nuper tuo aduentu vinculis, compedibus, grauiſſimisq́; pœnis liberata, tuam tantam clementiam ſupinis ad ſydera manibus extollens, quam ſtatim ad regiam ingenti ſolatio præ gaudio collacrymãtem humillimis deprecationibus tibi gratias quam maximas habentem, atque agentem accurriſſe vidimus. Quid liberalitatem illam tam ingentem, & magnam toties in patria hac demonſtratam, animi magnitudinem, Iuſtitiam tantopere à te excultam. Quid integritatem; puritatem, quam CATHARINÆ nomen quod retines ſonat; pudicitiam, animi candorem, ſuaues, & excelſos mores, regia inſtituta; Singulaq́; omnia, quæ in te nitent animi inſignia, raraſq́; dotes commemorẽ? Tanta enim

Religio in Deum.

Carcerati ob aduentum ſponſæ liberati.

Iuſtitia.

Catharinæ puritatem ſonat.

gerat, vno tu momento feliciter hauſeris, extraxeris, ſuxeris, & diuino quodam munere prorſus tua feceris; adeò vt populi iſti omnes veluti alterá quandam Deam in terris intueantur, colant, venerentur, ac admirentur: Quæ quidem omnia (cum me etiam tacente res ipſa loquatur, ac omnium mentes, & animos admiratione iam expleuerit) maiora verborum ornamenta deſiderare minime videntur. Quid verò *Corporis dotes.* corporis tam præclaras illas dotes referam? Quid augustam totam illam faciem grauitatis, decoris, probitatis, maieſtatisq; plenam, & omnibus admirandam, atque venerandam recenſeam? vt in toto corpore illo tuo, quod arte tanta natura effinxit à vertice ad pedes vſq;, nil habere penitus inuidia noſcatur, quod exigua quauis nota dignum certè deprehendat? Quę cũ *Peroratio.* ita ſint INFANS elegantiſſima, vt vela tádem in altum nimis fortè protenſa contraham, portumq́; petam, ac ne diutius oratione mea ſuſpenſa expectatio veſtra teneatur excitanda tibi ſunt omnia, vt populum hunc tuum, virgines, viduas, matronas; virtutis, litterarumq́; ſectatores, cuiuſuis conditionis viros, gentemq́; omnem tuo ſinu, tua pietate, tuaq́; quam expectant benignitate ſuſcipias, amplectaris, foueas, atque præſerues; vt eorum omnia, quæ excitarunt in te ſtudia, animorum alacritatem, fidamq́; propenſionẽ non reuiuiſcere modò, ſed etiam indies magis creſcere, augeri, atque propagari contendant; quibus quidem te non defuturam ſpectata illis virtus, ac prudentia tua ſpondet; Neque certè aliud nobis polliceri vi-

de-

detur eximia iſta, atq; decora corporis ſpecies, & oris atque vultus iſta tua maieſtas; quæ vel ſola (vt de Priamo dixit Euripides) digna ſit imperio. Tum tu CAROLE EMAN. Principum omnium feliciſſime, & fortunatiſſime, cui tam vehementer gratulantur hac tẽpeſtate omnes, lætãtur populi, geſtiunt vniuerſa, poſtquam in celſiſſimo iam rerum faſtigio collocatus, tãta animi alacritate, & iucunditate cum PHILIPPO Rege, eiusq; domeſticis, ac Hiſpania tota recreatus tantopere fuiſti; ac demum tanta felicitate illuc iuiſti, videnda vidiſti, à CHRISTOq; in patrium tuum ſolũ tanto omnium tuorum plauſu reductus fuiſti gaude tua iſta tam excelſa, incredibiliq; felicitate, & fruere cum fortuna, & gloria tum etiam natura, & moribus ac ſingulorum omnium in te ſtudijs, ex quo quidẽ maximus eſt fructus, iucunditasq; prudenti; Cætera verò omnia, quæ plura, & eximia ſunt cùm tua recordabere etſi perſępe uirtuti, ac probitati, tamen plerunque felicitati etiam tuæ congratulabere; magna quidem hæc omnia ſunt, nec tibi communia cũ multis. Vtere iam in rebus iſtis ſecundis, in ſumma hac; & incomparabili nouæ affinitatis lætitia iudicio tuo grauiſſimo, & maximo. Patriam hãc tuam, vrbes, oppida, ſubditos, eorumq; liberos, vxores, bona, fortunas; Aras, tecta, templa, alacri animo, pijsq; affectibus tibi commiſſa & credita præclara illa prudentia tua [Ad Ducẽ]

auram omni parte ſuppliciter implorantes; Hæc & illa pro iure, pro Iuſtitia, pro pietate poſcentes ea, qua conſueuiſti humanitate intuere, atque cõprehende. Celebrem hanc tuam Taurini Academiam, litterariamq; palæſtram, tanta vbi doctrina elucet tot annorum ſtudio collecta, ſtudioſosq; omnes tuam ob gloriam dies, ac noctes inuigilantes, quo nil ſolet eſſe generoſo Principi charius amplectere, foue, protegereq;, vt nunquã deſijſti tu ipſe memento. Collapſa erige, demiſſa extolle, labentia retine, cadentes ſubleua, feſſos ſolare, rectamq; viam aberrantibus demonſtra; vt omnes, qui tuis indormiunt oculis, tuęq; dexteritatis clipeo confidunt omnibus ærumnarum tenebris expulſis tuti, & læti domi, forisq; viuere, atq; ſub tuo iuſtiſſimo, auguſtiſſimoq; nutu proſpera ſibi cuncta, lætaq; & iucũda futura ſperare certis animis valeant. Non enim Princeps Optime ad cibum, ad potum, ad titilantem, prurientemq; corporis voluptatem nos natos intelligis; verùm vt iam antea noſti ad decus, ad dignitatem, ad gloriam quo ducimur & tendimus omnes; ad labores, ad Iuſtitiam, ad ærumnas etiam omnes pro Iuſtitia perferendas, quæ æternitati obnoxium te reddent, quęq; ad cęlum rectiſſimum iter commonſtrant ſunt omnia referenda. De tua, Coniugisq; ſalute in primis cogites, memineris que te nec naturæ, nec gloriæ, nec nobis, qui à te vno pendemus ſatis diu vixiſſe, obid & tibi & tuis quibus etiam natus es incolumem conſeruare ſuppli

ces.

ces te rogamus. Tua ſunt illorum bona, tua ſtudia, tuæ opes, tua quæq; alia ſummo etiam quæſita labore; tui ſingulorum animi, tuaq́; corda; quæ omnia in tutela, ac præſidio virtutum tuarum latêre confidūt. Quid quid habent, quid quid poſſunt, quid quid inſudant, quid quid debent tibi antiquo patrono integra fide perſoluunt, perſoluereq́; in parte curarunt, cùm tibi hæc ipſa patria ſedibus ſuis propè conuulſa ad complectendum te Principem ſuum, atq; patronum ex Hiſpania proximè reuerſum procedere ingēti alacritate viſa eſt? Erige itaq; glorioſiſſime Prīceps ingētes illos ſpiritus, excita viuidos, & patrios affectus; Idem tibi eſt animus, eadem ſunt ſtudia, quæ maioribus tuis, gentilibusq́; fuere; Omnia vt hactenus conſueuiſti ad probitatem, ad decus, ad gloriam, quo te præclara maiorum vocant exempla; ad ingentem, quam tibi tantopere hactenus comparaſti populorū beneuolentiam dirige; vt excelſam eam, quam in ſurgente hac tua felici, floridaq́; ætate conceperūt Principes omnes, ac tui etiam populi de te ſpem non retinere tantum, ſed inuicto illo tuo, & heroico animo celſa ſemper, amplaq́; petente augere, ſuperareq́; valeas; huc ſtudia conferenda, huc intendendæ ſunt curæ. Non deſunt tantæ tibi PHILIPPI Regis Soceri, & patris, ac cęterorum Principum affinitates, & clientellæ, populorum ingentia ſtudia omniumq́; deſide-

me Princeps cùm in hac maxima vniuerſi orbis læti tia,& in hac tanta omnium populorum tuorum mu nificentia nil penitus haberem quinque præter natos, ac exiguam librorum ſupellectilem, quod poſt tot data, oblataq; munera tibi grato animo offerrem: Co gitareq; cœpiſſem annum iam trigeſimũ nunc egreſ- ſus, qua nam ratione poſſem & meam in te obſeruã tiam demonſtrare, & ſurgentem animi tui alacritatẽ promouere hac in parte ſatis me facturum putaui exi guum hoc meæ tenuitatis, ac ſtudiorum erga te meo rum leue argumentum quod nominis fortè tui me- moriam inter poſteros claram efficiet, quodque non prorſus iniucundum futurum confido prona men- te oſtendere, Artaxerxem Perſarum Regem memo ratus, cui homuntio obuiam factus, cùm nil haberet quod Regi daret aquam lotis palmis oblatam Rex lęta fronte offerentis animum admiratus nõ ſpreuit. Etſi enim non dubitabam quin hæc leuia monimen ta mea multi nuntij, litteræ, fama deniq; ipſa eſſet ſua celeritate quocunq; ſuperatura; poſtquam tamen hũc ſat latum campum ſors ipſa dedit, in quo pauliſper exigua virtus mea excurrere, cognoſciq; poſſet ob- ſeruantiæ ius monuit, nè officium tantum prǽteri- rem, ſed quantum poſſem calamo, ſcriptiſq; conten derem, vt tantas res geſtas populi tui, genteſq; om- nes exaudirent. Quòd ſi aliqua ſaltẽ in parte tibi hoc tempore ſatisfeci gaudeo, vehementerq; lætor; ſi mi nus grauiter doleo, & me lõgè minus potuiſſe quam voluerim, & te non tantum aſſecutum eſſe quãtum

Author annorum 30.

Artaxerxes Perſarum Rex.

pro

pro rei dignitate decuerit valde deploro. Quæ enim de te, Coniugeq; tua ſentiunt homines, ſperant, ac prædicant ego tuæ celſitudinis ſemper deditiſſimus tacere non potui, quę etſi nõ tã apertè vt meus flagrabat animus expreſſi, tenui tamen tamquam penicillo ſaltem deſignare contendi; quæ demum licet in Mineruæ arce locari non mereantur, ſi tibi tamen ipſi videatur in lucem tuo iuſſu prodire iampridem acclamant. Supereſt tandem Magnanime Princeps, ne pluribus iam tecum agam, cùm ſuperuacuum ſit feliciter currenti, & laxatis (vt aiunt) habenis ad omnis glorię, & probitatis metam peruolanti equo calcar adiungere, ut anchoris demiſſis, portuq; nacto tibi, Coniugiq; lætiſſimæ T. Gracchi, & Corneliæ; Bruti, & Portię coniugalem amorem; omnem lætitiam; longos, Neſtoreoſq; annos, ſobolis procreationem parentibus, auis, maioribusq; dignam; optatum proximi partus euentum, laudem, gloriam; omnemq; felicitatem bene pręcemur, vt poſt in terris emerita laborum, & virtutum pręmia, ad ęternas illas Beatorũ ſedes peruenire, nobisque omnibus interim cum lætitia tranquillitatem prębere, ſeruareq; poſſis ęternam.

In Nomine Domini. FINIS.

BIBLIOTECA NAZ

Viſa per nos ſupraſcripta oratione, nihil deprehendimus, cur imprimi non poſſit, adhibito Reuerendi Patris Inquiſitoris conſenſu. Taurini die xviij. Nouembris. M D L X X X V.

✠ *Hieronymus Archiepiſcopus Taurinen.*

Frater Dionyſius Inquiſitor.